GRAMMATICA Britannica in usum ejus linguæ studiosorum succinctâ methodo & perspicuitate *facili conscripta*; & *Nunc primùm in lucem edita*;

HENRICO SALESBURIO Denbighiensi, *Autore.*

Quintilianus.

Nisi Grammatices fundamenta fideliter jeceris, quicquid superstruxeris, corrues.

LONDINI, Excudebat Thomas Salesburius. 1593.

41.2.

ILLUSTRISSIMO ET CLARISSIMO VIRO HENRICO PENBROCHIÆ COMITI, BARONI HERBERTO DE CAERDYF, MARmion & S. Quintin; Prænobilis equestris ordinis aureæ Periscelidis Sodali; & totius Cambriæ Præsidi dignissimo.

* *
*

CUM mentis acie dispicerem apud plærosque rei literariæ cultores, multis jam retrò seculis, in consuetudinem abiisse; ut exantlatos suarũ lucubrationum proventus, jam tum in lucem edendos, Heroi alicui, cujus famæ celebritate vulgò plausibilius excipiantur, dedicarent: in animum induxi meum, aliquem in hoc Mundi delirio mihi comparare, qui huic libello (quamvis crassa, non invita tamen Minerva exarato) suum porrigere

rigere patrocinium minimè dedignetur. Hac enim ratione fore confido, quòd leviusculus hic libellulus inter graviſſimas aliorum ſcriptorum lucubrationes, abruptis calumnię procellis tutiùs obſiſtere; & quaſi aliquo ſecurus caduceo inter lividos iſtos homunciones, qui maledica verborum eructatione in omnes ferociunt, tutò & liberè obambulare poſſit. Sed omiſſa omni ambage, præter tuam (vir honoratiſſimè) amplitudinem invenio neminem, ad quem velut ad ſacram anchoram ceu propitium quoddam numen mihi confugiendum hac tempeſtate ſim arbitratus. Siquidem, abſit dictis adulatio,

Vitis ut arboribus decori eſt; ut vitibus uvæ;
Vt gregibus tauri; ſegetes ut pinguibus arvis:
Tu decus omne tuis.

Hinc eſt, quòd tota Cambria tibi Britannicę gentis illuſtri ac radioſo ſyderi, & multos jam retrò annos ſub ſereniſſima noſtra Regina ELIZABETHA digniſſimo prę-ſidi, in publico & communi bono juſtitiæ & miſericordiæ forum congratulatur: tuis tamen auſpiciis adeò tibi moderaris, ut nemini humanitate cedas; boníſque literis ita conſulis, ut multi te ſpectatæ doctrinæ parentem prædicent, plærique omnes omnis rei literariæ communem Mecœnatem agnoſcant.

agnoſcant. Nec meum fore putavi, dum de re Cambrica ſcriberem, aliud, quàm tuum, ni injurioſè & inſipienter agerem, implorare patrocinium; cum ab ipſo Cambro, (ut ex pervetuſtis genealogiarum codicibus, liquidò patet, ſi quid Bardis noſtris qui hac in re pollent credendum ſit) paternatim deſcendas; a quo hic regnante circa annum Mundi creationis 2874, ante Dominicam incarnationem 1092, tertia Britanniæ plaga, Cambria incepit appellari. Deniq; & ſummatim, quis res Cambricas in ſuam tutelam & patrocinium potiùs accipere debet, quàm Cambriæ præſes; qui omnem omnium Antagoniſtarum vim & ardorem refringere & refrigerare ſoleat, necnon ſilentium ipſis indicere valeat?

Accipe igitur, Muſarum patrone ſelectiſſime, accipe benigna fronte has meorum laborum in patriam obſervantiæ ergô primitias; hac enim ratione animum quidem meum ad majora & meliora reddes multo agiliorem. Ignoſcas ſaltem meæ temeritati, qui tuam amplitudinem graviſſimis reipublicæ negotiis implicatam, hiſce meis nugis audeam interpellare; hac namque occaſione data, alii fortaſſis ſermone ornatiores Muſarum aſſeclæ & robuſtiores Grammatices athletæ hanc provinciam in

se suscipiant, ornent & illustrent.

Quod superest, Deum opt. max. impensè rogo; ut te consulem parentem Mecœnatem, Principi Patriæ Musis, consilio pietate patrocinio quàm diutissimè conservet incolumem. Denbighii tertio Nonas Februarias 1593.

Tuæ amplitudinis studiosissimus

H. SALESBURIUS.

*Iquis fortè miretur, quòd post tot & tantos viros doctrina præstantes tum veteres, tum recentiores, qui linguæ Britannicæ illustrandæ operam dederunt (uti Ederus cognomento Chrysostomus, Æneas Presbyter, Minvinus, David Niger insignis mathematicus, Grusinus Rubertius, necnon nuper Joannes Davides Senensis Medicus vir ingenio felix, literarum ac linguarum cognitione insignis & longa sua in tot transmarinas regiones peregrinatione & mora experientissimus) ipse qui nulla ratione cum illis sim conferendus, quasi cornicum oculos configere molirer, in hanc arenam, tetricæ Criticorum censuræ subjectam, descendere voluerim; is, si mei consilii rationem æqua lance pensitaverit, nodum in scirpo quærere, & nostris conatibus obniti desistet. Nam septimus jam agitur annus, ex quo meam hanc Grammaticam (paternæ domi, quò me ad recuperandam valetudinem jam tum contuleram, amicorum partim rogatu, partímque in patriam observantiæ ergô contextam) charissimo amico eam efflagitanti legendam dederim; qui licet mihi ab intimis esset præcordiis, eam tamen ut divulgem nullis adhuc rationibus me adducere potuit; immò lectis accuratis institutionibus Gram. nuperrimè Londini impressis, Saturnina quidem fame sum percitus, quonam pacto abortivam

tivam meam prolem & luce planè indignam exponere atque abolere posſem. Quod cum quidam mei amici ac populares intellexerint, ob diverſa ejus exemplaria, quæ vindicari vix potuerint, quæque erratis ſcribarum incuria, non poſſe non ſcatere, ſuſpicabantur, me rogatum volunt, ut libellum recognoſcerem, recognitúmque ederem; at nego: auram inde popularem tum ſuccincta methodo tum concinnâ elementorum delineatione objiciunt; non audio: Patriam poſteroſque ante oculos ponunt; his tandem importunis illorum efflagitationibus tam obnixè illatis, victus concedo. Chari enim (ut ait Cicero) parentes, chari liberi, propinqui, familiares; ſed omnes omnium charitates patria vna complexa eſt, pro qua quis bonus dubitat mortem oppetere, ſi ei ſit profuturus? Adhæc quo faciliùs ac feliciùs prælo mandaretur, auxiliatrices nonnulli manus porrigere, non ſunt dedignati; quorum nomina hic gratitudinis ergò inſerueram, ni compertum haberem, quòd ſuarum laudum teſtimonia in hominum præcordiis deliteſcere, quàm inanibus celebrationum fumis verſari maluiſſent. Porrò eorum maledicentiam nihil morror, qui clamitant; Difficilem & confragoſam eſſe Britannorum linguam. Illorum enim orationes audio, rationes verò vel profectò nullas, vel certe vix bene fundatas reperio. Sæpiſſimè enim audivi ruſticos & indoctos plebeios de Latino, Græco & Hebræo ſermone in eandem ſententiam agentes;

agentes; qui ignotas illas Muſarum linguas tanquam Muſcarum bombos imprudenter admodum æſtimarent, nihil rectum putantes, niſi quod ipſi norint. Itaque valeant iſti petulantiſſimi conviciatores, quorum ſcientia in ignorantia poſita eſt tota, & ſapientia in vituperatione linguæ, quæ cum antiquiſſimis totius Europæ linguis lepore, argumento & regularum certitudine certare poſſit. Nec eſt, quod iſti calumniatores nobis objiciant hiulcam & aſperam literarum pronunciationem; cum illud totum, quod illi hiulcum & aſperum clamitant, non re ſed opinione propter inſolentiam (velint nolint) aſperum fatebuntur. Nam naturæ nihil eſt convenientiùs, quam dura mollibus, lenibus aſpera, & acutis gravia connectere; quo perinde ac in fidibus ex diſtinctis & diſſimilibus ſonis maximè concors & congruens concentus conficiatur. Cui oratores, optimi linguarum & orationum formatores, videntur innuiſſe; quum nonnunquam voces grandes, ſonoras, ſtridentes & aſperas orationi inſerere nos adhortentur & jubeant. Non igitur Cenſores iſti tam Britannicæ eloquentiæ, quam ipſi naturæ hac in re luxurianti reluctantur, calumniantur, exprobrant. Sed demus quod contendunt, non ignobilior lingua ob naturam literarũ aſperè ſylveſcentium cenſenda eſt. Molleſcunt enim uſu; aliàs profectò neſcis, quòd quæ præclara ſunt, haud contingant niſi magno negotio. Aſparagus ſpinoſus dulciſſimum fert fructum;

fructum; herba Moly difficulter effossa, præ cæteris ad remedia est efficax; Rosa flos unus omnium gratissimus nascitur de spinis: ita & Britannica ut est linguis barbaris asperior, sic antiquior & Linguæ Sanctæ cõsimilior, verborũ etymis instructior, prolatione integrior, vocum synonymia locupletior, argumento præstantior & carminum generibus copiosior; quæ quidem adeò attonitè etiamnum colunt Britanni, ut nulla me judice reperiatur gens, quæ tam varios & multiplices metri modos & sibi ipsi peculiares teneat, iisque struendis excellat, ut cuivis oculato, in ipsa D. Jo. Davidis Grammatica, facile est videre. Quod ad antiquitatem attinet, eam (si nil aliud attestaretur) spirat peculiaris elementorum prolatio; propria literarum initialium in vocibus variatio; variæ & certæ vocum in numeris formandis terminationes; mirificæ verborum conjugandorum formulæ; concinna vocum, quibus quamlibet scientiam explices, compositio; Britannicarum Phraseon idiotismus, & vocum construendarum Syntaxis summè admirabilis. Quæ omnia nonnullam fidem astruunt, Britannicam aliunde non esse ortam; sed omnium in his extremi orbis partibus linguarum matrem extitisse; præsertim cum ter mille & eò amplius annorum curricula (quibus hic imperatum est) absque ulla alterius admixtione aut insigni immutatione in hæc usque mundi senescentis tempora, libris tum prosa tum rithmo eleganter admodum scriptis,

pura,

pura, integra & incorrupta conſervatur. Quod autem ad cæteras hujus linguæ laudes attinet; eas, cum mearum virium non ſit percurrere intactas potius, quám male actas relinquam. In ipſo enim orationis limine, ſi dicere aggrederer, vel utilitatum multitudine perculſus, oneri impetu tam temerario ſuccumberem; vel ingenii tenuitate fretus, impudenter diminuerem. Satis itaque ſit, ut ejus laudes ipſe admirer, & hanc Grammaticam (vel ſi mavis inſtitutiunculam) ſtudioſorum captui accommodatiorem ad florem & fructum Britannicæ linguæ adipiſcendum & deguſtandum ſtruam. In qua profectò nihil eſt, ut ingenuè fatear, quod tuum ab ejus ſtudio avocet aut retardet animum. Habes enim conſtantes & faciles accentuum canones; habes Nominum ac Verborum formas minimè fluctuantes. Non ſunt impliciti anomalorum modi; non multiplicia dialectorum genera. Eſt concinna vocum tractatio; eſt Syntaxis compoſitiſſima & apprimè mirabilis. Quare hanc noſtram parvo ære comparandam Grammaticam diurna nocturnaque manu verſato, atque dum vires annique (ut inquit Poëta) ſinunt, tolerato labores. Interea bene vale, necnon indefeſſis Deum, opt. max. precibus ſollicita, ut eximia & excelſa Britannorum facinora & monumenta, quæ in craſſo craſſæ oblivionis cæno hactenus delituere, nunc tandem Grammatices fundamentis fi-

deliter

deliter jactis, in publicum & apricum revocet, & omnia nostra studia ad nominis & numinis sui gloriam celebrandam dirigat & conservet. Vale iterum ac fruere. Ex ædibus paternis Dolbelidræ, tertio Nonas Februarias, anno Salutis Christianæ supra sesquimillesimum nonagesimo tertio.

Errata sic corrigas.

Pagina 2. linea 3. pro nnica lege unica.
P. 7. l. 17. Emperatore l. Imperatore.
P. 9. l. 4. degassatum l. dagessatum.
P. 19. l. 2. | ב | *ʒallon* l. | ד | *ʒallon*.
P. 25. l. 10. Cucumella l. Lebecula.
P. 52. l. 24. *Gobennyd* l. *gobennyd*.
P. 56. l. 4. Penitas l. penitùs.
P. 57. l. 3. Agenti l. argenti.
P. 65. l. 20. *Fynnone* l. *Fynnonne*.
P. 73. l. 10. ausem l. autem.
P. 75. l. 16. *dowel* l. *dowel*.

GRAMMATICAE BRITANNICÆ LIBER PRIOR; SIVE ETYMOLOGIA.

* *
*

CAPVT I.
De voce Monogramma.

GRAMMATICA eſt ars bene loquendi: ut Britannis Britannicè. Ejus partes duæ ſunt; Etymologia & Syntaxis.

Etymologia eſt pars Grammaticæ, quæ vocum proprietates diſquirit. Vox autem eſt ſonus articulatus, quo quid appellatur. Hinc itaque ſoni inarticulati (uti montium fragores, rudentum fremitus & ſiqua ſunt hujuſmodi) voces non ſunt: quippe quòd noſtro ſermone haud quaquam rectè pronunciari, nedum

dum literis benè conſcribi poſſint. Vocum alia Monogramma; alia Polygramma eſt.

Vox monogramma eſt, quæ nnicâ literâ conſtat, eáque tantum vocali. Litera autem eſt ſonus individuus in voce. Literarum alia Vocalis, alia Conſona.

Vocalis eſt litera, quę per ſe ſyllabam efficere poteſt. Vocalium alia Diducta, alia Contracta.

Diducta ſeu Tenuis vocalis eſt, quæ ducto ore pro commoditate ſoni apertè & tenuiter profertur. Eæ verò quatuor ſunt, quarum characterês, nomina & prolationes ſequens tabella liquidò indicabit.

	Char.	Nomen.	Prolatio.
1	*Aa.*	*Anian.*	A. Latinor.
2	*Ee.*	*Elor.*	E. Lat.
3	*Ii.*	*Inion.*	I. Lat.
4	*Oo.*	*Ogo.*	O. Lat.

Intra Alphabeti ſeriem, non immeritò Majores noſtri huic Literæ *A* loci primatum attribuerunt. Hoc enim Adam primi hominis nomen admonet; hoc infantium clamor & Naturæ ſenſus docet; hoc omnium gentium conſenſus jubet; hoc fons ſapientiæ Deus Apocalypſeos 22. capite approbat,

probat, dicens: Ego sum *a* & *ω*; principium & finis; primus & novissimus.

Contracta verò seu Crassa vocalis est, quæ contracto ore crassiús & clausiùs profertur. Eæ autem quaternæ sunt his characteribus delineatæ.

	Char.	Nomen.	Prolatio.
1	*Ɣɣ*	*Ɣnad.*	A Crassum, &c.
2	*Ɣy*	*Ɣd.*	E Cras.& obscurũ
3	*Ʊu*	*Ʊn*	I Crassum,&c.
4	*ϖω*	*ϖban.*	O Cras.& clausũ.

Cæterùm hîc observandum est; quòd ut *A* est inceptionis, lętitiæ & vitæ signum: ita & *ω* finis, tristitiæ & mortis; perinde ac ex dictionum compositione vel cæco maximè conspicuum apparet: ut *A-na* contra originem, mutilatio. *Cɣϐa* cum origine, integer. *Bára* vitæ sustentaculum, panis. *Gωala* cubile optionis, satietas. *Bωa*, terror primus, Arcus. Ex adverso *Meϑω* mero solutus, vinolentus. *Cár-ω* studiosus mortis, Cervus. *Gωelω* videns finem, Macilentus. *dîω* absque fine, Deus; Vel *dûω* ipse finis, quia in eo omnia acquiescunt, &c.

Consona est litera, quæ tantùm vocalibus sivè projecta, sivè subjecta consonat.

Consonarum alia Semivocalis, alia Muta.

Semivocalis est consona, quæ per se sonum tanquam vocalis dimidium conficit. Ea verò duplex: Acuta & Obtusa.

Acuta Semivocalis est consona, quæ linguâ dentes pulsante, acutè profertur. Ea autem sextuplex, ut in subjecta tabella, luculenter innotescit.

	Charact.	Nomen Br.	Prolatio.
1	*L l.*	*Ar Linyn.*	L Lat. &c.
2	*R r.*	*Ar roden.*	R Lat. &c.
3	*M m.*	*Mam.*	M Lat. &c.
4	*N n.*	*Nain.*	N Lat. &c.
5	ϛ ϛ.	*Mωϛ.*	ʸ Hebr.
6	*S s.*	*Sidan.*	S Lat. &c.

ϛ litera vasto sono, obliquo & medio inter *n* & *g*. Siquidem valet ʸ Hebræorum; seu Gamma Græcorum ante Gamma positum, cum dicimus φόρμιγγα citharam; seu *n g* Gallorum in mediis præsertim dictionibus: ut Anglois Anglus. Quod quidem & Britannos olim factitasse nobis in confesso est: ut *Cángen* ramulus. Ϛy *ngélyn* hostis meus. Ϛy *ngálar* meus luctus &c. Sed quàm per-

perperàm, cum in dictionum initio & fine apud Britannos passim occurrit, scriptitantur; nemo est naris adeò obtusæ, qui dilucidè non percipiat. Nam si auribus consulatur, quarum esse judicium superbissimum dicit Cicero; necesse est, in quavis lingua, quò commodè scribatur, totidem omnino literas extare, quot ejus sunt soni simplices: Alioquin magnæ & palpabiles quidem tenebræ ipsi scriptioni offunderentur. Inde est, quòd Græci sermonis antistites illi, Simonides & Palamedes, plures literas a se excogitatas, in Alphabetum Græ. literarum penuria laborans, retulerunt: hic inter stridulos armorum strepitus & ingeniosa belli Trojani stratagemata, consonas illas θ & φ; ille verò, tempore Antiochi Magni melico furore correptus, vocales illas η & ω, cum anteà sedecim tantùm extarent. Quorum vestigiis ingrediens Epicharmus Siculus, nullius necessitatis, sed tantùm venustatis gratia ζ ξ Ψ Alphabeto feliciter adjunxit. Inde etiam est, quòd Masoritæ (cujus rei testimonium perhibet Elîas) Viri ornatissimi, Naturæ & doctrinæ adjumentis apprimè suffulti, literarum Hæbr. Orthographiam, annis a Christo 476. præterlapsis, sibi tractandam assumpserint, & summa cum laude perfecerint. Quare facessant omnes malè feria-

ti calumniatores & iniqui rerum cenſores, audientes optimum illum linguarum & orationum formatorem & anteſignanum Ariſtotelem, in libro ΠΕΡΙΕΡΜΕΙΑΣ dicentem : Ἐστι μὲν οὖν τὰ ἐν τῇ φωνῇ, τῶν ἐν τῇ ψυχῇ παθημάτων, σύμβολα: καὶ τὰ γεγράμμενα τῶν ἐν τῇ φωνῇ.

Obtuſa autem Semivocalis eſt conſona, quæ, linguâ palatum pulſante, denſo quodam ſpiritu profertur. Eæ autem quinque ſunt; ut ex ſubjecto elencho perſpicitur.

	Char.	Nomen Br.	Prolatio.
1	ל ל.	*Linyn.*	Lh.
2	ר ר	*Roden.*	rh. ρ Græ.
3	מ מ	*Mèn.*	mh.
4	נ נ	*Nân.*	nh.
5	ד ד	*Dâr.*	ngh.

ל elementum linguâ in primorem palati regionem valido niſu impulſâ, ſonóque, per dentes utrinque maxillares halituoſè emiſſo profertur. Eſt autem Britannis adeò peculiaris & propria, ut apud nullos alios Europæ in colas (quod ſciam) reperiatur. Nam, huic cum duplici LL Hiſpanorum (aut HL Germanorum, ut in nominibus HLudovici

HLudovici & HLotharii imperatorum apud Panvinium habetur) in prolatione neutiquam convenit. Neque adduci poſſum, ut credam, in rerum Univerſitate aliam reperiri nationem, quæ noſtram ł in uſu habet, præter Mexicanos novi orbis incolas;qui etiam(ut noſtri referunt annales)ſuam a noſtratibus ducunt originem. Anno ſiquidem epochæ Chriſtianæ 1170. Madoco duce (Oëni Venedotiæ in Cambria principis filio) mille Britonum centenarii illuc commigrarunt; commigrati Canibalos exterminarunt; & in hunc uſque diem ſtrenuè & fortiter, ſe & ſua defenderunt, perinde ac alia Britonum familia circa annum D. 384. ſub Maximino Emperatore in Armoricam; & alia quæ ante Chriſtum natum 401. ſtatim a diſſipatione maximi exercitus Brenni fratris Belini Britaniæ regis, ducis invictiſſimi partim Galatiam (nunc Gallogræci nomine) in Aſia minori; partimque Alpes ad Brennerum montem (Britannicè *Brynêr*. 1. promontorium auſtrinum) in Tirolenſi conventu etiamnùm occupat,&c.

Quod ad cæteras, quæ ſuo ordine præceſſerunt, Obtuſas attinet; ſingulæ quidem ſonum habent valde difficilem & per arctatas fauces vehementer erumpentem; de quo,tanquam aure magis quam oculo,

per

perceptibili, verba facere ſuperſedebo.

Muta eſt conſona, quæ ſola in ſe proferri nequit; ſed obtuſiorem ſonum quam Semivocalis reddit. Eſtque duplex Lenis & Denſa.

Lenis Muta eſt, quæ leniter mutiens apertis labris profertur. Eſtque ſextuplex; quod ſubſequens Typus demonſtrat.

	Char.	Nomen.	Prolatio.
1	*G g.*	*Gabul.*	Ga. γ Græc.
2	*C c.*	*Coleran.*	ca. *K.* Græc.
3	*B b.*	*Bola.*	b Lat.&c.
4	*P p.*	*Pén.*	p
5	d *d.*	*deilen.*	d
6	*T t.*	*Tarad.*	t

Denſa verò muta eſt conſona, quæ halituoſè mutiens, non injucundo ſono per labellos ſemiclauſos edito profertur. Eſtque ſextuplex. ſic.

	Char.	Nomen.	Prolatio.
1	*H h*	*Haul.*	h Latinor.
2	ç *ç*	*Croçan.*	ch n Heb. χ Gr.

3	Bb	*Abal.*	bh. V conſo. Lat.
4	Ff	*Fón.*	Ph. פ Gr. ב Heb.
5	Dd	*Dedan.*	dh. ד Hebraicum non degaſſatum.
6	Θθ	*Tebán.*	*th* Θ Gr. ceu ת Heb

Conſtet itaque, quod Britannica nullam omninò patitur ſonorum mutationem; ſed quemcunque ſingulæ ejus literæ ſemel ſortitæ ſunt valorem, eundem perpetuò non mutatum retinent; quod in aliis pleríſque Linguis haud facilè eſt videre.

Poſtremò alius Communium Locorum & vulgarium Lexicorum ordo, atque per genera & ſpecies apud nos jam olim inolevit; cujus paradigma hîc ſubjicere haud inutile fore putavi; ea itaque eſt hujuſmodi. *A y e ɣ i u o ω l ɾ n m s g c b p d t h ç f.* Nulla enim vox extra conſtructionem a cæteris exordiatur.

CAPVT II.

De Voce Polygramma.

VOx Polygramma eſt, quæ pluribus literis conſtat. Eáque duplex; Monoſyllaba & Polyſyllaba.

Monoſyllaba eſt, quæ ex una ſyllaba con-

conſtituitur, ut *àr* in; *dâ* bonus; *Còr* nanus.

Syllaba eſt literarum comprehenſio in voce. Impropriè autem & Catachreſticè una vocalis ſyllabæ vicem ſubit, pariter ac Rectus apud Grammaticos dicitur caſus; ſeu Thema conjugatorum etiam conjugatum apud Dialecticos. ut *a* in *aden* pluma. Syllabarum alia Pura, alia Miſta.

Pura ſyllaba eſt, quæ ex vocalibus tantùm conſtat; & Diphthongus dicitur, ut *eu* in *eulun* imago.

Diphthongus eſt ſyllaba ex vocalibus ſonum ſuum comprehenſum retinentibus. Diphthongorum quædam Propria, quædam Impropria.

Propria Diphthongus eſt ſyllaba duarum vocalium; eaque vel Propoſitivi ordinis, vel Subjunctivi.

Præpoſitiva Diphthongus eſt, quæ *i* vel *w* in duarum vocalium conflatione præpoſitam habet. Cujus conſtitutio ex tabella ſubſcripta pateſcit.

1	*ja*	*já* gelu. *jâr* gallina.
2	*je*	*jê* apagè.
3	*jo*	*jôr* Dei nomen.
4	*jw*	*Jwdew* Judæus.

5	*iω*	*iωrç* Caprea.
6	*iy*	*iyrçod* Capreæ.

ω Præpoſ.

1	*ωa*	*Gωâr*, *'ωâr*, Cervix.
2	*ωe*	*Gωén*, *'ωén*, Alba.
3	*ωi*	*Gωîr*, *'ωîr*, Verum.
4	*ωo*	*Malωod*, Linaces.
5	*ωy*	*Gωyn*, *'ωyn*, Albus & album.
6	*ωy*	*Çωynnaç*, Albior.

Subjunctiva Diphthongus e converſo eſt ſyllaba, in qua J, ℧ vel ω ſubjicitur hoc modo.

1	*ai*	*pair*, Lebes. *Mâin*, exilis.
2	*ei*	*eirinen*, Prunum. *Heini* alacer.
3	*oi*	*dôis*, Veni.
4	*ωi*	*hωi*, Agéſis.
1	*au*	*haul*, Sol. *Aûl*, Supercilium.
2	*eu*	*eulyn*, Imago.
3	*ou*	*houl*, Clavus, *Cróunun*, Cuticula.

4	*ẅy*	*Gẅyr*, Curvus, *ẅyn*, agni.
1	*aω*	*Haωδ*, facilis. *Nâω*, novem.
2	*eω*	*Glêω*, ſtrenuus. *ſtrêω*, Gelu.
3	*iω*	*ſtrîω*, Præcipitium. *ŀiω* color.
4	*oω*	*ſtroωnen*, Seta equina.
5	*uω*	*dûω*, Deus.
6	*yω*	*ŀyωyδ*, Dux. *Cyωen*, pullaſtra.

Duæ hîc notandæ ſunt regulæ; quarum una ſpecialis, altera Generalis: hæc docet, in concurſu vocalium, ſi poſterior duobus punctis in apice notatur, non conſtitui Diphthongum, ut *ŀáïï* juramenta. *ŀáu* pediculi. Illa denotat, Subjunctivas *ẅi*, *ẅy*, & *ïω*, priorē duobus punctis habere ſupranotatam; quò quemadmodum in pronunciatu, ita & ſcripto a Præpoſitivis luculenter dignoſcerentur. *Gωyr* viri: *Gẅyr*, curvus; voces monoſyllabæ.

Diphthongus autem impropria eſt ſyllaba ex tribus vocalibus ſonum inter ſe junctim retinentibus. In quibus J vel ω modò præponitur, modò poſtponitur, interdúmque utrínque collocatur; ut *Jàu* jecur. *Gωîω* dignus.

Miſta verò ſyllaba eſt, quæ ad minimum

ex

ex una consona cum vocali constituitur. Consona enim nunc cum una vocali (ut *ar* in;) nunc cum Diphthongo (ut *aul* supercilium)syllabam constituit.

Porrò vox polysyllaba est, quæ multis syllabis constat : ut *Hálen* sal. *Celynen*, Aquifolium. *Prydain*, Pritannis Ptolomęo, Britania Cæsari.

Itaque vocis partibus sic peropportunè prælibatis & ad amussim veluti examinatis, non inutilem hoc in loco operam navabimus, si canones inter loquendum scribendumve religiosè observandos, fusiùs ostendamus; ut pueri ἰσαγωγῆ propalàm expressâ)citius & satius ad Britannicam insudandam pelliciantur & pertrahantur. Prima igitut hæc esto.

1 Scriptura Britannica perinde, ac cæteræ omnes totius Europæ (contra morem Hæbr.& orientalium ferè omnium) a sinistra dextram versùs disponenda atque legenda est.

2 Literarum omnium unam vocem constituentium inter se eadem est distantia : inter voces autem singulas hujus distantię duplum,venustatis gratiâ intercedat.

3 Vox perperàm discissa, per Subunionis notam (Hæbræis Makkaph) ad instar virgulæ projectæ effictam compingitur, ut *Stág-lan* Præses. *tán-at* subter te, *Ar-Ber* consuetudo.

conſuetudo. Hæc linearum finibus, quæ in voces imperfectas multotiès definunt, eſt apprimè familiaris.

4 Literis majuſculis utendum eſt in librorum inſcriptionibus, periodorum & verſuum initiis, atq; in ſcribendis nominibus propriis: Minuſculis verò ubique locorum non prædict. Locum habere licebit.

5 Unica conſona inter duas vocales poſita, ratione compoſitionis ad præcedentem ſyllabam pertinèbit: (ut *An-ynad* inconſultus:) Alias conſequenti adhærebit, ut *Ara* tardus. *Aden*, pluma. *Halen*, ſal.

6 Duæ aut tres conſonantes in una dictione concurrentes, nunquam ad ſyllabam conſequentem omnes pertinent, niſi aliqua dictio Britannica ab illis conſonis exordiatur: ut *e-glur* manifeſtus, quia legitur *Glêω* ſtrenuus.

7 Semivocales a vocali, conſonantem mutam in mediâ dictione præcedentes ſyllabæ antecedenti ſemper adhærent. ut *arbed* parcimonia. Conſonantem verò mutam ſi ſequitur Semivocalis, tum ambo ad ſequentem ſyllabam pertinebunt. ut *Budredi* immundicies.

8 Si ſemivocalis ſemivocalem, aut tenuis muta tenuem in media voce præcedit; hæc ſequenti, illa antecedenti ſeorſim in pronunciatu

nunciatu adhæret, ut *Callon* cor. *Cωppan* diſcus.

9 Nulla prorſùs conſona in principio aut fine dictionis geminatur: in medio autem quælibet duplicatur. ut *Cotten*, Corylus.

10 B poſt B in diverſis dictionibus perinde ſonat, ac P ut *Gωyneb budur* ſordida facies, profertur *Gωyneb pudur*. Item ɗ poſt ɗ ut T; & G poſt G ut C. ɗaʊad *dêg* proferas ɗaʊad *têg*.

11 Poſtremò linearum quantitas alia atque alia eſt. Nam prima orationis linea cæteris quoad longitudinem paulò brevior eſt; idque in principio periodi. Alioquin de longitudine (ac latitudine, ni quid eximium, excelſum & alienum ſuis characteribus depingendum occurrat) primæ cum cæteris lineis in ſoluta oratione per omnia convenit. In ſtrictâ non item; illud enim non patitur muſica illa & peculiaris cujuſvis rithmi ſuavitas, Scripturæque elegans & varia venuſtas. Cujus negotii paradigmata huc afferre ſuperſedeo, ſolùm hoc panegyrico carmine (ex aureâ illa, de Chriſto inter vivos agente, odulâ Gruf. Ebani Leolini (quem honoris cauſa nomimo) viri ampliſſimâ familiâ fœlicis, ingenii dote felicioris, & vitæ integritate in ſua εἰρηναρχίᾳ feliciſſimi; nec non ob ſingularem in re Poëtica & Muſicâ cognitionem (dicam

cam, quod ſentio) ter maximi, deſumpto) contentus; ex quo (tanquam per tranſennam) regularum uſum Lector ingenuus percipiat; & quaſi auſam indagandi cacapiens, per ſe plura animadvertat.

Bu'ωr ȣωyȣωy, *Ȣâl y brîȣ aȣon;*
Bû 'n torri cleȣyd; *Bû 'n troi cleiȣon;*
Bû jaçuſaç *Byω o'i açoſion;*
Bû 'ωerθȣaωr ydunt *Borθ eȣrydon;*
Bû 'n glouωi
delli
deilion
Ŷ 'ωeled;
Bû ȣωy y'ωared *Byω o ȣeirωon.*

CAPVT III.

De communib. vocis affectionibus.

ATque háctenus de vocis partibus; in quarum tractatione ſi plus juſto fuimus immorati, ſciant Britannicæ ſcripturæ ſtudioſi, earum exactam cognitionem majoris eſſe momenti, quam prima fronte quis unquam putaſſet: nunc ad commues vocis affectiones feſtinat oratio. Eæ verò cernuntur bifariàm: Formâ & Notatione.

Forma eſt vocis affectio, qua ejus Tenor & Accentus dignoſcitur Tenor vocum alius Diſcretus, alius Indiſcretus.

Diſcretus

Discretus tenor est, quo voces in constructione mutatis Radicalibus discernuntur.

Radicalis est prima vocis in recto casu litera: ut *B* in *Bára* panis. *C* in *Caru* amare.

Casus est specialis variatio literæ radicalis. Casuum alius Rectus, alius Obliquus.

Rectus casus est, quo quæque res primò & extra constructionem nominatur: ut *Pén* caput, *Taran* fulmen, *Tán* sub.

Obliquus est, quo voces in constructione a Recto variantur; estque duplex Mollis & Asper.

Mollis casus est, quo vox molliùs, variata radicali, profertur: ut *Bén* caput, *daran* fulmen, *dán* sub.

Asper est, quo vox asperiùs variata radicali profertur; estque duplex obtusus & Densus.

Obtusus est, quo vox, tenui radicali in asperam conversâ, obtusè pronunciatur: ut *ſMén* caput, *ſMaran* fulmen, *ſMaro* icere.

Densus casus est, quo vox tenui radicali in asperam conuersâ, densè profertur: ut *Fen* caput, *θaran* fulmen, *θaro* icere, *θán* sub.

Variatio itaque dictionis est, vel per duos casus, ut dictionum primæ declinationis;

nationis; vel plurium, ut dictionum secundæ & tertiæ.

Prima declinatio est vocum binorum casuum; in quam classem eæ voces, quarum rectus ab ⅃ ſ vel *M* exorditur, sunt referendæ; hoc paradigmate.

Rectus.		Mollis casus.		
⅃	⅃*án.*	*L*	*Lán* fanum.	Obtuso & Denso casui cum Recto convenit.
ſ	ſ*óden*	*r*	*roden* pertica	
M	*Mám*	ꝺ	ꝺ*ám* mater	

Secunda declinatio est vocum, trinorum casuum; in quam classem eæ voces, quarum rectus ab una harum literarum *B* d vel *G* incipit, sunt referendæ; hoc modo.

Rectus.		Mollis.		Obtusus.	
B	*Bara*	ꝺ	ꝺ*ara*	*m*	*mara* panis	Densus idem cum recto.
d	d*olen*	ꝺ	ꝺ*olen*	*n*	*nolen* folium	
G	*Garan*		*'aran*	ɔ	ɔ*aran* grus	

Tertia declinatio est vocum quaternorum casuum; cujus farinæ sunt eæ voces, quæ extra constructionem ab una harum consonarum *C P T* auspicantur. Sic.

|Rectus

Rectus,		Mollis.		Obtusus.		Densus.	
C	*Callon*	*G*	*gallon*	⊃	*ɔallon*	ç	*çallon*
P	*Pén*	*B*	*bén*	ɱ	*ɱén*	*F*	*fén*
T	*Taran*	d	*daran*	ɱ	*ɱaran*	ϱ	*ϱáran*

Indiscretus autem tenor est forma, quâ voces semper tum in constructione, tum extra constructionem, ratione Radicalium, integræ & illesæ permanent. Cujus generis sunt voces vel a vocalibus vel his tantùm consonis, *N S H F* ç ϱ, extra constructionem exorsæ. Siquidem nulla dictio Britannica a cæteris octo consonis extra constructionem sibi mitium sumat.

CAPVT IIII.
De Accentibus.

PORrò Accentus est forma, quâ vocis modulatio disquiritur: estque duplex Rectus aut Circumflexus. Rectus est, qui rectâ lineâ depingitur: estque duplex Acutus vel Gravis.

Acutus est, qui syllabam, cui insidet, elevat; eique superscribitur more virgulæ a a sinistra dextram versùs ascendentis. Sic *Glán* ripa, *Tégan* margarita, *ánian* natura.

Gravis est, qui syllabam sibi subjectam deprimit; & nusquam inscribitur nisi in

ultima. Ultima enim acutitona fit gravis ob ſequentem dictionem non encliticam; ut Ζὰν *Elian*, Templum Hilarii. In omni tamen ſyllaba, quæ Acuto Circumflexóve ſignata non eſt, inſideret; niſi Scripturæ deformitas adverſaretur.

Enclitica vox eſt, quæ accentum ſuum, per ſubunionis notam, in ultimam præcedentis dictionis rejicit. Cujus generis ſunt Pronomina, quæ nos Affixa appellamus, & quædam Adverbia; ut *νε*, *θε*, & hujuſcemodi alia, quæ inter legendum facile annotabis: ut *ér-oç*, pro vobis, *tán-om* ſubter nos.

Circumflexus eſt, quo ſyllaba tum elevatur tum deprimitur; cujus nota eſt linea circumflexa, quæ modò ultimæ, modò penultimæ dictionis inſidet: ut *Sclûſtra* pro *Sceulúſtra* negligentia. *Gῶῆν* libido.

Monoſyllaba dictio naturâ brevis, etſi poſitione longatur, acuitur: ut Ζό vitulus, *mánt* maxilla.

Monoſyllaba naturaliter elongata, circumflectiturut: *Mân* rarus.

Polyſyllaba dictio, quanta quanta ſit, ſuum in penultima accentum habet: ut *Bára* panis, *Bola* alvus, *Pladírῶr* fœniſeca.

Exceptio. Ultima interrogationis ſemper acuitur. Immutatur etiam accentus per Syncopen, & Apocopen, per Idioma & dictionum differentiam (ut *Mán* locus,

locus, *Mân* rarus; *Tâl* arduus, *Tâl* penſio; G*ωèn* alba, G*ωên* vultus; *Glán* ripa, *Glân* mundus) quorum paradigmatum apud claſſicos ſcriptores affatim habere queas.

CAPVT V.

De vocum Notatione.

NOtatio eſt vocis affectio, qua ejus Species & Figura diſquiritur.

Species eſt, qua quæritur utrum vox ſit Primitiva, an Derivatvia.

Primitiva eſt vox primùm veluti nata, quæ cum ſuis Derivatis & Conjugatis ſignificatione communicat. Ea Græcis Thema, Hæbreis Radix, Britonibus *Cynßod* hoc eſt primò exiſtens, nuncupatur: ut *Pén* caput, *Câr* amicus, *Arian* argentum.

Derivativa eſt, quæ a prima ſuam ducit originem: ut *Pennu* imputo, *Cáru* amare, *Pennor* lupatum, *Cariad* amor, *Ariangárωç*, Cupiditas pecuniæ. Porrò ut hæc illius formam variat: ita & ſignificationem; prout nos (modò Deus id ratum eſſe velit) in Lexici Britannici formula, juxta ingenii noſtri modulum aliquando oſtendemus.

Figura eſt vocis notatio, quâ diſquiritur, utrum vox ſit ſimplex an Compoſita.

Simplex vox eſt, quæ in multas exiſtit individua:

dividua: ut *Pen* caput, *Bro* ora, *Eg* grex, *Glwys* ſanctus, *Clo* ſera, *ár* in, *Hêd* pax.

Compoſita eſt, quæ in ſimplices voces dividi poſſit. *Penbro* Penbrochia comitatus. *Eglwys* Eccleſia. *Clobared* reconciliatio.

CAPVT VI.

De vocis Generibus.

HUcuſque de vocis partibus ac communibus ejus affectionibus dictum eſt: jam ad ejus genera accedamus. Itaque vox alia eſt numeri, alia ſine numero.

Vox numeri eſt, quæ numerum aſſignificat.

Numerus eſt vocis differentia ſecundum exiſtentiam. Numerorum alius Singularis, alius Pluralis.

Singularis eſt, quo res unica exprimitur: ut *Taran* fulmen, *Caled* durus, *Cerais* amavi.

Pluralis, quo plures uno exprimi poſſint: ut *Taráne* fulmina *caraſom* amavimus.

Vox numeri eſt etiã Finita, aut Infinita, Finita eſt, quæ numerũ certis terminationibus commutat: ut *cúſan* oſculum, *cuſáne* oſcula, *torrais* fregi, *torraſom* fregimus. Infinita quę non cõmutat, ut *dâ* bonus Pl. boni

torri

torri frangere. Sic in generibus & perſonis, de quibus ſuo loco.

Porrò vocis numeri duæ ſunt ſpecies, Nomen & Verbum.

CAPVT VII.

De Nomine.

NOmen eſt vox numeri cum genere, corpus aut rem ſignificans.

Genus eſt nominis differentia ſecundum ſexum; eſtque ſimplex aut promiſcuum.

Simplex eſt unius ſexus; eſtque maſculinum aut fœmininum.

Maſculinum eſt, quod mari tribuitur: ut *éryr* aquila mas, *tri* tres, *cryç* criſpus.

Fœmininum, quod fœminæ tribuitur: ut *eryres* aquila fœmella, *crêç* criſpa, *tair* tres fœm. gen.

Promiſcuum genus eſt, quod utrique ſexui communiter tribuimus: ut *hôl* omnis & omne, *dâ* bonus, bona, bonum.

Porrò Nominum aliud Primarium, aliud Secundarium.

Primarium eſt, quo quævis res primò propriè communitérque appellari ſolet. Illud autem duplex Subſtantivum & Adjectivum.

CAPVT

CAPVT VIII.
De Nomine Subſtantivo.

SUbſtantivum eſt nomen, quod affectionibus ſubſtat; Illudque duplex, Proprium & Appellativum.

Proprium eſt, quod rem uni individuo propriam & peculiarem denotat: eſtque duplex Prænomen & Cognomen.

Prænomen eſt, quòd differentiæ gratia ſuum eſt cuique: ut *Bél* Belus, *Helen* Helena, *Brên* Brennus.

Cognomen eſt, quòd patri, majoribuſve acceptum quis refert; quo ab alia familia dignoſcatur. Huic plærunque præponitur *Ap P*, vel *b* filius; aut *Aç*, vel *A* filia in hunc modum: ut *Apcadogan, Prys*, filius Caducani, Rheſi. Quod Hebræi facitant per Ben; & Syri per Bar, ut Bén-Gorion, Bárjonah, filius Jonæ &c.

His ſæpenumerò accedit & Agnomen, quod a pago, quem inhabitat, a rebus geſtis, aut alio quopiam eventu quis ſortiatur: ut *Peniſel* demiſſo capite. Unde *Capoir Ap-pyrrus Ben-iſel* propria ſunt cujuſdam regis Britannici annos 76. ante Verbum incarnatum.

Appellativum, quod ſuam ſignificationem multis communicat: ut *yſcubor* horreum, *eirinen* prunun, *penelin* cubitum.

Sub-

Subſtantivis plæriſque accidit Diminutio. Diminutum autem nomen eſt, quod in eodem genere ſui primitivi deſignat diminutionem. Diminutorum aliud Singulare, aliud Plurale.

Diminuta ſingularia a ſuis primitivis ſingularibus formantur, nec non has habent terminationes.

1	*an*	*Carregan* lapillus,	*Cárreg* lapis.
2	*ig*	*Padellig* cucumella.	
3	*un*	*Oúnun* agnellus,	*Oún* agnus.

Sic Pluralia a Pluralibus.

1	*aç*	*Wyniaç* agnelli,	*Wyn* agni.
2	*os*	*Cerrigos* lapilli,	*Cerrig* lapides.
3	*od*	*Pedillod* cucumellæ.	

De genere ſeu ſexu Subſtantivorum Canones generales.

Nomina ſubſtantiva ferè omnia ſimplicis ſunt generis: ut *Bala* urbs fœm. gen. *Bara* maſc.

Nominum genera duobus modis indagantur; Significatione & Terminatione.

Significatione & genere maſculina ſunt nomina maſculorum viventium, populorum, agrorum, metallorum, ſtagnorum &

liquidorum: ut, *Llaûθ* lac, *dûr* chalybs.

Significatione & genere fœminina ſunt nomina fœminei ſexus. Item Regionum, urbium, fluviorum, arborum, lapidum, tempeſtatũ, inſularum, ſylvarum, officia & comitatus: ut *Meirçion* fluvius, *Pebidion* ſylva ejus nominis, *Prydain* Britannia.

Nomina animalium, quæ ſub una terminatione utrumq; ſexum comprehendunt, in conſtructione, fœminei generis locum ſupplent: ut *Clommen* fœminei generis vox, marem fœmellamque promiſcuè ſignificat. Ad ſexum autem diſcernendum *Garw* & *Bánw* more Hebr. apponuntur, ut *Clommen 'arw* columba mas.

Terminatione & genere maſculina ſunt quæcunque in *r*, *or*, *yd* & *n* præcedentem *u* vel *i*, deſinunt: *pílin* cæſitium, *cornor* duxapum.

Terminatione & genere fœminina ſunt quæcunque in *es*, *en* & *eθ* finiuntur: ut *cynyſceθ* dos, *crámmen* ſcabies, *hudoles* præſtigiatrix.

Canones de Numerorum formatione.

Prætereà notandum eſt, quòd omnia nomina numeris duobus non variantur. Propria enim numerum ſingularem non excedunt; ut nomina propria animalium, urbium, ſtagnorum, fluviorum, ſylvarum, metallorum, liquorum, montium, &c: ut

Llûθyn

ſtúþyn Ruthenium urbs, *Háþren* ſabrina, *Pebídion* ſylva, *Gωyðða* mons ejus nominis.

Appellativa autem a ſingulari pluralem ſortiuntur, more Hebræo, literæ vel ſyllabę Adjectione, Detractione, aut Inverſione.

Adjectio eſt nominis variatio, qua, inter formandum pluralem, ſingularis literam ſeu ſyllabam ſibi aſſumit; hoc paradigmate.

Sing.	Pl	Paradigmata.
an	Sibi aſſumunt *e* vel *au*	*Clorian* pl. *cloriane* & *au*.
al		*Aþal* pl. *aþalau* & *e*.
ul		*Emmyl* pl. *emmyle* & *au*.
el		*çωedel* pl. *çωedle* & *au*.
yd		*Gωerþyd* pl. *gωerþyde*.
il		*Gωegil* pl. *gωegile*.
ar		*Talar* pl. *talare*.

Hæc aliam habent variationem ſecundum terminationem; ut & ſibi ſimilia.

Sing.	Pl.	Paradigmata.
a	*n*	*Croppa* pl. *croppaü*.

en	*od*	*Clommen* pl. *clommennod.*
og	*jon*	*Marçog* pl. *marçogion.*
o	*u*	*Ẓò* pl. *Ẓoïi* & *Ẓoue.*
u	*oud*	*Ẓû* pl. *Ẓueud.*

2 Singularibus in *odyn*, *elyn*, *eωyn* desinentibus detrahitur syllaba *yn*. Sic a vocibus in *inen oωnen* & *ynen* detrahe *en*. ut

Sing.	*E bodyn.*	Pl.	*Ebod.*
	Bleωyn		*Blêω.*
	Cagelyn		*Cagel.*
	Sloωnen		*Slaωn.*
	Eirinen		*Eirin.*
	Celynen		*Celyn.*

3 Inversio est, quando, in enunciandis pluralibus, diphthongus seu vocalis alia in aliam ad vitandam cacophoniam haud inveuustè immutatur.

Vocales mutabiles sunt *a, e, o, y* ω, Diphthongique *aω*, *ai, ou, ei, iω*.

Vocalis *a* in ultima vocis syllaba inter formandum pluralem vertitur in *ai* vel *ei*: quando verò est in dictionis dissyllabę penultima, migrat in *e*. Quod quidem in singularum vocum compositione & derivatione etiam observandum est: ut *Saiθ* septem *seiθved* septimus; *Haul* sol, *Hénlo* apricari.

Sing.

Sing.	Llygad	Pl.	Llygaid.
	Carreg		Cerrig.
	Cáwell		Cewyll.
	Padell		Pedyll.
	Cáſeg		Ceſig.
	dafad		defaid & defeide.

2 Vocalis *e* finalis inter formandum pluralem diſſyllabæ dictionis migrat in *i*; hoc modo. Sic *o* in *y*.

Sing.	Maneg	Pl.	Menig.
	Gradell.		Gredyll.
	Cadarn		Cedirn.
	Gord		Gyrd.

3 Vocalis *y* & ω ultima ſive penultima ſingularis inter formandum pluralem vertitur in *ŷ*, Sic,

Sing.	Emmyl	Pl.	Emmŷle.
	Stωfωl		Styfŷle.
	Crys		Crŷſe.
	Llω		Llŷïn & Llâïn, Llŷſau.

4 Diphthongus *aω* ultimæ ſyllabæ ſingularis inter formandum pluralem migrat in *o*; hoc paradigmate.

Sing.	Braωd	Pl.	Brodur.
	Claωd		Clodie.
	Tylaωd		Tylodion.

5 Diphthongus *ai* vertitur in *ei*; & *ei* ex adverſo in *ai*, ſyllaba *en* demptâ; in hunc modum.

Sing.

Sing. { *Plaid* / *Heiden* / *Maizc* } Pl. { *Pleidiau.* / *Haid.* / *Meizcian.* }

6 Itidem Diphthongus *ou* in *ωy*.

Sing. { *Croun* / *Oûn* } Pl. { *Crωyn.* / *Ωyn.* }

7 Postremò observandum est, quòd *T* finalis litera migrat in *N*; ut *Tànt* Plur. *Tànne*.

Cæteras Adjectionis, Detractionis & Inversionis formationes, siquæ sint reliquæ, hic indagare supersedeo; cum per se quisque ad instar adductorum illud præstare facilimè poterit.

CAPVT IX.

De Nomine Adjectivo.

ADjectivum est nomen, Substantivi, cui in oratione adhæresçat, affectionem denotans. Adjectivorum aliud Proprium, aliud Commune.

Proprium est, quod affectionem uni tantum individuo propriam & peculiarem designat: ut, *Holalluog* omnipotens, Deo tantum convenit.

Commune est, quod affectionem multis substantiis communem significat: estque Positivum aut Auctum.

Positivum est, quod affectionem sine excessu

exceſſu deſignat. ut *douθ* ſapiens.

Auctum eſt, quod ſui poſitivi ſignificationem adauget: eſtque Comparativum aut Superlativum.

Comparativum eſt, quod per poſitivum cum magis explicatur. fit addendo *aç* ad ſuum poſitivum. ut a *dôuθ* fit *doúθaç*.

Superlativum eſt, quod per Poſitivum cum maximè explicatur. fit addendo *a*, & poeticè *aʒ*, ad ſuum Poſitivum. ut *doúθa* & *doúθaʒ* ſapientiſſimus.

Anomalia Auctionis ſequitur.

Poſitiv.	Compar.	Superlativum.
dà	*Gωeɬ*	*Góre* optimus.
Byçan	*Byçanaç*	*Byçana* minimus.
Beçan	*Beçanaç*	*Beçana* minima.
Baç	*ɬai*	*ɬeia* minimum.
ɬaωer	*Mωiaç*	*Bagad* plurimum.
Mâωr	*Mωy*	*Mωya* maximus.
Iſel	*îs*	*Iſa*.
drωg.	*Gωâuθ* & *dryccaç*	*Gωaûθa* & *dryccа* Peſſimus.

Hîr.	*Hωy*	*Hωya* longiſſ.
Agos	*Nês*	*Neſa* proximus.
Gωyç	*Gωçaç*	*Gωça*, &c.

1 Nota, quod vocalis ω vel *y* finalis Poſitivi inter augendum vertitur in *y*. *Brωnt* turpis, *Brẏntaç* turpior, *Brẏnta* turpiſſima, *Clyd* clauſus, *Clẏttaç*, *Clẏtta*.

2 Adhæc, Vocales & Diphthongi mutabiles hîc ſunt ejuſdem tenoris, quem in formandis numeris habuere. ut, *Maîn* exilis, *Méinaç* exilior, *Méina* exiliſſimus.

3 Pretereà inter augendum migrat *B* in *P*, *G* in *C*, & *d* in *T* geminatum: ut *Têg*, *Teccaç*, *Tecca*.

4 Poſtremò quælibet conſona finalis acutitona inter augendum geminatur: ut *Tál*, *tallaç*, *talla*.

De genere ſeu ſexu Adjectivorum.

Adjectiva ferè omnia promiſcui ſunt generis: ut *Tirion* mitis & mite. Perpauca ſunt ſimplicis; eaque ſolùm, quæ duplici terminatione ſingulari variantur: ut *Gωyn* albus & album, *Gωén* alba.

De Numero.

Adjectiva numerum communiter formant pluralem adjectione ſyllabæ *On* vel *Jon*. ut *Maîn* pl. *Meinion*, exiles. Sunt autem

tem quàm plurima, quæ unâ tantùm voce utrique numero inſerviunt: ut *Têg* pulcher & pulchri; eáque potiſſimùm, quæ in ſingulari numero deſinunt in *on:* ut *inion* rectus, Pl. recti. Cujus generis infinita, frequens & accurata claſſicorum Scriptorum lectio ſuppeditabit.

CAPVT X.

De Articulo.

SEcundarium nomen eſt, quod Primario famulatur & inſervit: eſtque duplex, Articulus & Pronomen.

Articulus eſt orationis particula, quæ per ſe nihil aptum aut integrum deſignãs, Primarium nomen verbúmve in orationis contextu præcedit: eſtque Nominalis aut Verbalis.

Nominalis eſt, qui nomen Primarium, præcurrit: ut *y* & *yr*. Obſoleta ſunt *e* & *er*; licet in codicibus manuſcr. Priſci temporis invenias.

Verbalis, qui verbum antecedit: ut *A* ſeu *E*, & *Bò* ſeu *be*.

Quilibet Articulus eſt omnis generis & numeri; atque cum nullius ſit ſignificationis: frequentis tamen uſus gratiâ, inter cæteras orationis particulas principem locum tenet. Ut enim corporis moles ſuis

juncturis concinnè disposítis salubriter compingitur : ita disseminatæ orationis partes suis articulis affabrè inservientibus aurei instar fluminis scaturiunt & exuberant,&c.

CAPVT XI.

De Pronomine.

PRonomen est, quod certam significans personam, nomini Primario famulatur : estque vel Substantivale vel Adjectivale.

Substantivale est, quod substantivi locum supplet : estque vel Integrum, vel Affixum.

Integrum est,quod tam extrà,quàm intra constructionem, integrâ nominis naturâ constat. Estque sextuplex

Si.	*Mi*,ego	Pl.	*Ni.*
	Ti,tu		*çwi.*
	Es & *Hî*,is & ea		*Nw.*
	Esê & *ehî*, iste & ista		*Hwynt*
	Hwn & *Hòn*, hic & hæc		*ſtaîn.*
	Hwnnw & *Honno*,ille & illa		*ſteini.*

Affixum est, quod tantùm in constructione, peculiari quidem dictioni per Subunionis notam, encliticè affigitur : estque triplex.

Sing.	*Aȣ, yȣ, oȣ*, ego *At, yt, ot*, tu *O, oȣò* masc. *i. fœm.*	Pl.	*Om, on, ym* *Oç, yç.* *ynt*, nos.

Adjectivale autem est, quod certam significans personam Adjectivi locum supplet.

Si.	*My, eu, ym*, meus *Ty, yθ*, tuus *Eí* mas. *eî*, fœm.	Pl.	*Eun*, noster. *Euç*, vester. *Eu*, eorum.
Item Si.	*Euȣoȣ*, meus *Euȣot*, tuus *eiȣo*, masc. & *eiȣi*, fœm.	Pl.	*Euȣom*, noster. *euȣoç*, vester. *euȣont*, suum. & *eudynt*.

Personæ in nominibus tres sunt: Prima sunt, *Mî* ego, *Nî* nos; qui loquimur: Secundæ *Tî* tu, *çwi*, vos; quibus loquimur. Tertiæ sunt cætera nomina, de quibus loquimur. Hactenus dictum est de Nomine.

CAPVT XII.

De Verbo & ejus affectionibus.

VErbum est vox numeri, quæ persona & tempore per modos conjugabilis, actionem aut passionem, vel neutrum quid significat.

Persona est specialis terminatio Verbi, quæ in quovis numero ad summum triplex est: ut *Cerais* amavi: *Ceraist* amavisti: *Ca-*

rod amavit: Pl. *Cerasom* amavimus,&c.

Tempus est specialis differentia Vetbi secundum Præteritum & Futurum.

Præteritum est, quo actio absoluta significatur. Estque Definitum aut Indefinitum.

Definitum est, quo actio nuperrimè absoluta & perfecta ostenditur; & definitè suos sortitur numeros & personas: ut *Cerais* amavi, Pl. *Cerasom* amavimus.

Indefinitum præteritum est, quo actio, aliquando absoluta significatur: estque Indefinitum Numero & Persona: ut *Cárod* amaveram, amaveras, &c.

Futurum autem est tempus, quo actio, in futurum gerenda, significatur. Illud etiam est Definitum aut Indefinitum.

Definitùm Futurum est, quo actio, brevi futura, ostenditur; cuique suæ personæ competunt & numeri: ut *Cara* amabo: *Carun* amabimus.

Indefinitum Futurum est, quo actio in posterum gerenda significatur; estque Indefinitum nnmero & persona: ut *Cerif* amabo, amabit. Pl. amabimus aliquando, &c.

Modus est ratio, qua animi nostri censuram exponimus: estque Finitus aut Infinitus.

Finitus est, quo actio, cum certâ ac finitâ

tâ perſonæ, numeri & temporis differentiâ effertur: eſtque Abſolutus ut Indicativus & Imperativus; vel conditionalis, ut Optativus & Subjunctivus.

Indicativus eſt, quo actio nudè & ſimpliciter fieri aut non fieri finitè demonſtratur: ut *Neidais* ſalui.

Imperativus eſt, quo actio, nudè fieri vel ſecus finitè demonſtranda, juſſus & imperii præ ſe etiam fert indicium: *ut Neida* ſali.

Optativus eſt, quo indicium optatæ actionis declaratur: ut *Neidaſwn* ſaluerim.

Subjunctivus eſt, quo actio declaranda: niſi alteri ſubjiciatur, planè ſuſpenditur: ut *Neidaſwn* ſaluerim.

Infinitus modus eſt, quo actio abſque certâ & finita perſonæ, numeri & temporis differentiâ declaratur ut *Neidio* ſalire.

Talis antem Verbi declinatio eſt vel formæ Activæ vel Paſſivæ, & Conjugatio dicitur.

CAPVT XIII.

De Conjugatione Activa.

THema Verbi ſeu vox prima, cui tota Verbi Conjugatio & flexio velut ſolidæ baſi & fundamento innitur, eſt Indicativi Modi. Quod quidem Thema commu-

communiter deducitur vel a Subſtantivo vel Adjectivo nomine plærunque monoſyllabo, Vocalibus juxta ac in nomine inter formandos numeros commutatis, & ſyllabâ *ais* vel *is* adjecta : ut *Naid* ſaltus, unde *Neidais* ſalio. *Tŵl* foramen, unde *Tyllais* perforo. *Our* frigidus, unde *onrais* frigeſco. *Tâl* penſio, unde *Telais* dependo. *Pâr* pabulum, unde *Poris* paſcor.

Indicativus Modus.

Præteritum
- Definitum Sing.
  - *Porais* & *Poris.* } Pl. { *Poraſom,* & *Poráſon.* } 1
  - *Poraiſt* & *Poriſt* } Pl. { *Poraſoç,* } 2
  - *Pores* *Porẅs* *Porob* & *Poraẅd* } Pl. { *Poraſont* & *Poraſon.* } 3
- Indefinitum idem cum tertia perſona ſingulari: rectis adjectis per omnes numeros & perſonas : ut *Mî a bóres,* Ego paſtus fueram, &c. Pl. *Nî à bóres* nos paſti fueramus, &c. Quod autem *P* in *B* vertitur, conſule Syntaxin Articuli.

In formandis præteritis, *A* vocalis ultima Thematis nominalis inter formandam

dam tanrùm primam & ſecundam perſonam ſingularem convertitur in *E*: ut ex *Cuſan* oſculum fit *Cuſenais* oſculatus ſum. Alioquin ſervat *A*: ut *Cuſanaſom* oſculati ſumus.

Futurum
- Definit.
  - Si.
    - *Pora*, paſcar.
    - *Pori*, paſcêris.
    - *Porif*, paſcetur.
    - &
    - Idem cum themate.
  - Pl.
    - *Porwn*, paſcemur.
    - *Poruç*, paſcemini.
    - *Poran*, paſcentur.
    - &
    - *Porant*, paſcentur.
- Indefinitum, idem cum tertia ſingulari Rectis adjectis, ut ſupra. *Mì à bórif* ego paſcar quandoque, &c.

Inter formandum ſecundam & tertiam perſonam ſingularem hujus futuri, necnon ſecundam pluralem, *A* vocalis ultima Thematis nominalis migrat in *E*: ut *Tâl*, penſio: unde Futur. Sing. *Tála, téli, télif*. Pl. *Tálwn, télwç, tálan*.

Imperativus Modus.

Imperans Futurum tum Finitum, tum Indefinitum unum & idem eſt: ut ex Subjecto typo Pateſcit.

Imp-

Imperans Futurum.
- Si. 2
  - *Pora*, pascere.
  - &
  - *Pawr*, thema.
  - *Pored*, pascatur.
- Pl.
  1. *Porwn*, pascamur.
  2. *Porwç*, pascamini.
  3. *Poran*, pascantur.

Sola Themata monosyllaba duplicant secundam singularem; Cæteræ voces formant Imperativum adjectione vocalis *A* &c. ut *Cusan* osculum, *Cusana* osculare.

Quorum Themata habent vocalem *A* in ultima syllabâ, illa in secunda plurali hujus temporis eam mutant in *E*: ut *Càr* amicus: *Cerèç* amate, *Tèlèç* dependitote, *Cusénèç* osculemini.

Optativus Modus.

Præt.
- Defin.
  - Si.
    - *Porasun.*
    - *Poresit.*
    - *Porasat, & ei.*
  - Pl.
    - *Porasem, & porasen.*
    - *Porasec.*
    - *Porasent, & Porasèn.*
- Indefinitum *Mi aborasai*, &c.

Fut.

Futur.
- Definit.
  - Si.
    - *Porwy* & *porwyß*
    - *Porit*
    - *Porai*, & *porau*
  - Pl.
    - *Porem*, & *póren.*
    - *Poreç.*
    - *Porent*, & *porên.*
- Indefinitum ſemper idem cum tertiâ ſingulari adjectis Rectis per omnes numeros, ut ſupra.

Subjunctivus Modus.

Præt.
- Definit.
  - Si.
    - *Poraſun*
    - *Poreſut*
    - *Poraſe.*
  - Pl.
    - *Poreſum*, & *Poréſun.*
    - *Poreſuç.*
    - *Poreſunt*, & *Poreſun.*
- Indefinitum *Mî a borâſe*, &c.

Futur.
- Definit.
  - Si.
    - *Porun*
    - *Porut*
    - *Pore*, & *Poriad* Poët.
  - Pl.
    - *Porum* & *Pórun.*
    - *Poruç.*
    - *Porunt* & *Porûn.*
- Indefinitum *Mî a bôre*, &c.

Infinitus Modus.

Infinitivo duæ tantùm voces competunt, *Póri* & *Póro* paſci. Hæc tertiæ perſonæ eſt; illa nullius; utraque utriuſque numeri & temporis: Altera nominibus indefinitis convenit; altera verò præpoſitionibus, quò Gerundia, Supina, & Participia exprimamus; ut in ejus Syntaxi liquidò patebit.

CAPVT XIIII.
De Conjugatione Paſſiva.

INdicativi Præteritum fit ab Activo, ſyllabâ *ais* inverſâ in *ωyd*; & Futurum in *ir*.

Præt. Si.	*Porωyd βî*	Pl.	*Porωyd nî.*
	Porωyd dî		*Porωyd çωi.*
	Porωyd o		*Porωyd nω.*
Futur. Si.	*Porir βî*	Pl.	*Porir ni.*
	Porir dî		*Porir çωi.*
	Porir ô		*Porir nω.*

Imperativus fit convertendo ultima Activi in *er*; hoc paradigmate.

Futur. Si.	*Porer βî*	Pl.	*Porer nî.*
	Porer dî		*Porer çωi.*
	Porer o		*Porer nω.*

Duo hîc notanda occurrunt; quorum alterum eſt; Quòd hîc ſuppoſitum Verbo poſt-

poſtponendum ſit: alterum; Quòd Imperativus primam hîc habeat perſonam, quam Latini per præſens Optativi exponunt: ut *Carer ȣi* amer ego.

Optativus itidem fit ab activo converſâ *T* ſecundæ ſingularis in d; hoc modo.

Præt. Si.	*Poreſid ȣi*	Pl.	*Poreſid nî.*	
	Poreſid dî		*Poreſid çwî.*	
	Poreſid o		*Poreſid nw.*	
Futur. Si.	*Porid ȣî*	Pl.	*Porid ni.*	
	Porid dî		*Porid çwi.*	
	Porid o		*Porid nw.*	

Subjunctivus ſimiliter ſit ab Activo, converſâ ultimâ ſyllabâ ſecundæ perſonæ ſingularis Futuri in *ed*; & in ſubſequenti Futuro in *ur*; aliquâ conjunctione adjectâ: ut *O, es,* &c.

Prę. S. *os*	*Pored ȣî*	Pl.	*Pored nî.*	
	Pored dî		*Pored çwì.*	
	Pored ô		*Pored nw.*	
Fut. Si. *o*	*Porur ȣî*	Pl.	*Porur nî.*	
	Porur dî		*Porur çwî.*	
	Porur ô		*Porur nw.*	

Infinitivus Paſſ. non alius eſt ab Activo. Sed in hoc differunt; Quòd *y* præcedit Activum: ut *y boru,* ad depaſcendum, depaſci, depaſtum, depaſturus. Paſſivus autem formatur per Prępoſitionem *y* Pronominibus poſſeſſivis contractè adjunctam:

ut *y'm*, *y'θ*, *yw*. Pl. *y'n*, *y'ç*, *y'w porw*: Depaſçi, depaſtu, ut depaſcar, &c.

Nomina Verb. { *Poriad*, depaſtio. / *Poradwy*, depaſcendus. / *Poredig*, depaſtus.

Atque hactenus de analogis conjugandorum Verborum formulis.

CAPVT XV.

De Verbis Anomalis.

ANomala omnia, ut pauciſſima in medium proferre operę pretium eſt. Sed nos tantùm de tribus, quę omni folio & alternâ penè lineâ nobis, in autoribus vel claſſicis legendis, occurrunt, conſultò impræſentiarum dicemus. Ea verò ſunt: *wyf* ſum: *dôis* venio; *Eis* eo.

Indicativus.

Præſ. { Defin. S. { *wyf* / *wyt* / *ww* } Pl. { *ûm.* / *ûç.* / *ûnt.* }

Indefinitum *ww* & *ſyd*; ut ſupra: Dicimus etiam *ydwyf*, *ydwyt*, *ydww*. Pl. *ydwm*, *ydwç*, *ydwnt*, ſum:

Imp.

Imperf.
- Def.
  - Si.
    - *oudwn*
    - *oudit*
    - *oud*
  - Pl.
    - *oudum & oudun.*
    - *oudyç.*
    - *oudunt & oudûn.*
- Indef. *oud*, adjectis Rectis.

Præter.
- Def.
  - Si.
    - *Bûm*
    - *Buoſt*
    - *Bu*
  - Pl.
    - *Buom & Buon.*
    - *Buoç.*
    - *Buont & Buôn.*
- Indefinitum *Bû*, fui, fuiſti, &c.

Futur.
- Def.
  - Si.
    - *Byda*
    - *Bydi*
    - *Byd & Bydiſ*
  - Pl.
    - *Bydwn.*
    - *Bydwç.*
    - *Bydan & Bydant.*
- Indefinitum *Byd*, & *Bydiſ*, ero, eris, &c.

Imperativus.

Futur.
- Def.
  - Si.
    - *Byd*
    - *Bid & byded*
  - Pl.
    - *Bydwn.*
    - *Bydwç.*
    - *Bydan.*
- Indef. *Bid.*

Optativus.

Optativus.

Præter.
- Def.
  - Si.
    - *Bydwn*
    - *Bydit*
    - *Byde & Bydai*
  - Pl.
    - *Bydum & n.*
    - *Bydus.*
    - *Bydunt.*
- Indef. *Byde & Bydai.*

Futur.
- Def.
  - Si.
    - *Bwy & Byθwy*
    - *Beit & Byθit*
    - *Bô & Byθo*
  - Pl.
    - *Bôm & Byθom.*
    - *Boç & Byθoç.*
    - *Bont & Byθont.*
- Indef. *Bo & Byθo.*

Subjunctivus.

Præter.
- Def.
  - Si.
    - *Baswn & Buaswn &c.*
    - *Besit*
    - *Base & Basai*
  - Pl.
    - *Besum & Besyn.*
    - *Besyç.*
    - *Besynt & Besyn.*
- Indef. *Base & Basai.*

Conjunctio *Py* huic tẽpori adhibita, nonunquam cum eo coaleſcit : ut pro *Py baswn* dicimus *Paswn* & ſic flectitur ſeu cõjugatur.

Pr. Si.
- *Paswn*
- *Pesit*
- *Pase*

Pl.
- *Pesum.*
- *Pesuç.*
- *Pesunt.*

Futur.

Futur. Defin. Si. *Bâwn*, *Bêit*, *Baj* & *Báu*. Pl. *Beûm* & *Beûn*, *Beûç*, *Bêunt*. Indef. *Bai* & *Bau*.

Dicimus etiam pro *Py bawn* ſi eſſem: *Pettwn* &c. in hunc modum.

Fut.S. *Pettwn*, *Petit*, *Pette*. Pl. *Pettum* & *Pettun*, *Pettuç*, *Pettunt*.

Infinitivus.

Præſens & Præt. & Fut. *Bôd* eſſe, &c.

Nomen Verbale *yn*: ens ſeu exiſtens quod alii particulam diſtinctivam appellitant.

Conjug. Paſſ. Indicativi Ptæt. *ydis*. Futur. *Bydir*. Imp. Fut. *Byder*. Opt. *Buwyd*, Fut. *Beid*. Subjunct. *Beſid*. Fut. *Bydid*.

2. Indicativus Verbi *dois*.

Præt. Defin. Si. *dois*, *doiſt*, *doeth* & *dows*. Pl. *dowthom* & *dowthon*, *dowthoç*, *dowthont*. Indef. *doeth* & *dows*.

Futur.

Futur. { Defin. { Si. { do, doi, doif & daw } Pl. { down. douç. dôn & dont. } } Indef. doif daw.

Imperativus.

Futur. { Si. { Tyrd & Tyred, doud & deued } Pl. { down & deuun. douç & deuuç, dônt & deuant. } }

Optativus.

Præter. { Defin { Si. { douƀun, douƀit, douƀe } Pl. { douƀem. douƀeç. douƀent. } } Indef. douebe. }

Futur. { Def. { Sing. down, doit, don. Plur. doun, douç, dount. } Indefinitum don. }

Subjunctivus.

Præter. { Def. { Sing. deuƀun, deuƀit, deuƀe Plur. deuƀum, deuƀuç, &c. } Indef. deuƀe. }

Futur.

Futur. Def. Si. *dewn* & *deuwn*
dewit & *deuit*
dewe & *deue*
Pl. *dewum* & *deum*.
dewyç & *deuç*.
dewunt & *deunt*.
Indef. *dewe*.

Conjugatio Passiva.

Indicativi Pr. *douθwyd*. Fut. *doir*.
Imperat. *doer*.
Opt. Pr. *douθid*. Fut. *doid*.
Subjunct. Pr. *doed*. Fut. *dour*.
Infinit. *dyȣod*.
Nom. Verb. *dyȣodiad*, adventus.
dyȣodadwy, veniendus.
dyȣodedig, deventus.

3. Conjugatio Activa Verbi *Eis*.

Indicativus.

Præt. Def. Sing. *Eis, eist, auθ*.
Plur. *Auθom, auθoç, auθont*.
Indefinitum *Auθ*.

Fut. Def. Sing. *Aȣ, ei, eif*.
Plur. *Awn, ewç, ân*.
Indefinitum *Eif*.

Imper. Fut. { Si. { *dôs* / *Aud* } / Pl. { *Awn.* / *Ewç.* / *Ant* & *ân.* } }

Optativus & Subjunct.

Præt. { Def. { Si. { *Awθwn* / *Ewθit* / *Awθe.* } / Pl. { *Ewθum*, & *Ewθun.* / *Ewθuç.* / *Ewθunt.* } } / Indef. *Awθe.* }

Futur. { Def. { Sing. *Awn*, *Eit*, *an.* / Plur. *Eum*, *Euç*, *eunt.* } / Indefinit. *Au.* }

Conjugatio Paſſ. ejuſdem.

Ind. Pr. *Awθwyd.* Fut. *Eir.*
Imper. *Aer.*
Subjunct. & Opt. Pr. *Ewθid.* Fut. *Eur.*
Infinit. *Myned & Mynd* ire.

Cætera Anomala (quæ prudens & attentus Lector, veteres legendo, nec non propriè & eleganter loquentes audiendo, facilè animadvertat) cum lectiſſimorum Doctorum autoritate penitùs nitantur, tacitus prætermittam.

CAPVT

CAPVT XVI.

De Adverbio.

ATque ita dictum eſt de Voce numeri: ſequitur vox ſine numero, quę nullum numerum aſſignificat: eſtque Adverbium aut Conjunctio.

Adverbium eſt vox ſine numero quæ Nomini ſibi ipſi & potiſſimùm Verbo (unde ſuum ſortitur nomen) ad ſignificationem planiùs & pleniùs reddendam non invenuſtè aſſociatur. Illud duplex; Inſeperabile & Separabile.

Inſeparabile eſt, quo tantùm in compoſitione utimur: ut

An	contra	*Anwe*	Subtegmen
Ad	iterùm	*Adnabod*	Recognitio
Em	e	*Emadrod*	Eloquium
Ys	ex	*Yſbryd*	Spiritus
Ym	con	*Ymdynnu*	Contendo
Zys	non	*Zyſenw*	Ignominia
Zed	penè	*Zedrad*	Furtum
Hy	Facilè	*Hynod*	Inſignis
Go	Sub	*Gobennyd*	Cervicale
Gor	Supra	*Goruça*	Supremus
Cyd	Con	*Cyduno*	Convenio
Cyb	Benè	*Cybamſer*	ἰύκαιρος
Bi	Valde	*Bigwn*	Specula

dar	Pro	*darlâwyd*	Potifex
dos	Dis	*doſbleidio*	Diſpertio
di	De	*dirymmu*	Abrogare
dis	Per	*diſtaw*	Taciturnus
dir	Multũ	*dirgelwç*	Myſterium
du	Valde	*duſerθ*	Prçcipitiũ
&c.			

Separabile eſt, quo etiam extra compoſitionem utimur; ſuáque ſignificatione dignoſcitur : ut Affirmandi & negandi, Comparationis & Diminutionis, Præpoſitionis & Interjectionis, Optandi & Prohibendi, Quantitatis Qualitaris & aliis ejus farinæ ad infinitum. Quæ huc Deſidum & Veternoſorum beneficio comportare (ne ſit mihi moleſtum, ſtudioſo Lectori inutile, utrique oneroſum, nec non Artis valde alienum) ſciens prudenſque ſuperſedeo.

CAPVT XVII.

De Conjunctione.

COnjunctio eſt vox ſine numero, quâ multiplicis orationis partes aptè connectuntur. Ea duplex eſt, Enunciativa & Ratiocinativa.

Enunciativa eſt, quâ multiplicis enunciati partes aptè connectuntur. Ea quoque duplex

duplex Congregativa & Segregativa.

Congregativa eſt, qua multiplicis enunciati partes tanquam conſentaneę & ſimul verę congregantur. Ea etiam duplex Copulativa & connexiva.

Copulativa eſt, qua partes enunciati ita copulantur, ut ſingulas eſſe veras deno tet: ut *a*, *ag* &; *na*, *nag*, nec.

Connexiva eſt, quæ multiplicis enunciati partem conſequentem ex antecedentis connexione, veram eſſe deſignet: ut *o* ſi, *ni* ni, *oni* niſi, *os* modò.

Segregativa eſt, quâ multiplicis enunciati partes tanquam diſſentaneæ & non ſimul veræ ſegregantur: Eſtque Diſcretiva & Diſjunctiva.

Diſcretiva eſt, quæ partes enunciati ſola ratione ſegregat & eas ſingulas eſſe veras ſignificat: ut *Etto* tamen, *Er* quamvis.

Disjunctiva eſt, quæ multiplicis enunciati partes reipſâ ſegregat, & ex iis unicam tantùm veram eſſe denotat: ut *âu* aut, *ne* vel.

Ratiocinativa autem eſt, quâ partes multiplicis ratiocinati ita conjunguntur, utpars alia ex aliâ dependere videatur. Eſtque Cauſalis & Concluſiva.

Cauſalis eſt, quæ rei antecedentis cauſam reddit: ut *Plygid* quoniam. *Canys* quia, *He-*

Herwyd etenim, *Ebrub* siquidem.

Conclusiva est, quæ antecedentis ratiocinationis consequentiam concludit: ut *mellỳ* quamobrem, *urthyn* quocirca, *amhyn* quare, *Ẓynny* igitur.

ETYMOLOGIÆ
FINIS.

GRAMMATICAE BRITANNICÆ LIBER POSTERIOR; SIVE SYNTAXIS.

SYNTAXIS est pars Grammatices, quæ congruam justę orationis constructionem disquirit. Ea duplex Primaria & Secundaria.

Primaria est, quæ quasi naturalem orationis ex vocibus constitutæ structuram interpretatur; Idque in Convenientiâ & Rectione.

In hoc autem regno Syntactico, frequens per Ellipsin, Enallagen & Pleonasmum anomalia occurrit. Marte autem jam collato, tuam (benigne Lector) acie & prælio adversùs istos exleges & rebelles in dimicando & gnaviter pugnando opem imploremus; nisi quòd aliquando ad sæva animi pathemata exprimenda, oratio quasi suspiriis cæsa intercurrentibus corrumpatur; aliquando verò Britannismus tersus & ab omni vitio animi semotus, classicorum Gram. præceptis, necnon eleganter & propriè loquentium consuetudini respondeat: nunc ut suavi pronunciatione animi

doceantur

doceantur ſimul & delectentur; nunc verò ut perſonas, qui loquuntur, aſſimulet oratio, elata elatos, abjecta abjectos & peregrina peregrinos, optima omnium magiſtra Recta Ratio penitas perſuaſerit. Neque Majores noſtros latuit, quòd quemadmodum in repub. ex infinis mediis & ſummis ordinibus interjectis optimum arctiſſimumque incolunitatis ſit vinculum; in fidibus ex diſtinctis & diſſimilibus ſonis jucundiſſimus ſit concentus & harmonia; in corpore ex humdi, ſicci, calidi & frigidi temperaturâ ſit optima conſtitutio: ita & in oratione Ellipſi, Pleonaſmo & Enallage quaſi quibuſdam floſculis exornatâ, maximè concors & congruens effingatur Syntaxis. Cum igitur is ordo tum Naturæ tum Doctrinæ inſtituto aptè convenit; interjectis juxta lectiſſimorum Autorum calculos debito loco & methodo juſta iſtis commanipulonibus, primas Syntaxeos legibus partes per omnia tribuemus.

CAPVT II.
De Convenientia, ac primùm Nominis cum Nomine.

CONvenientia eſt, quando voces cómunibus proprietatibus conveniunt. Eaque eſt vocum cum numero & vocum ſine numero. Illa eſt Nominis cum Nomine, & Verbi cum Nomine.

Convenientia nominis cum nomine eſt in Numero & Genere: ut *Lygad glâs* cæſius oculus. *Lygaid gleiſion*, oculi cæſii. *Eirin duon*, pruna nigra. *Eirinen dû*, prunum nigrum. *Arθur Brenin*, Arthurus rex. *Duw dâd trugaróg*, Deus pater miſericors.

Anomalia.

Anomalia.

Enallage. Subſtantivum in loco Adjectivi ob emphaſin ſignificationis paſſim reperitur: ut *Modrwy arian*; Annulus agenti; Pro *ariannog* argentoſus: *Duw nêf*: Deus Cœli; pro *nefol* cæleſtis.

Verbum Infinitivi Modi, nec non Relativum ad inſtar Subſtantivi Adjectivo reſpondet: ut *Cyſcu gwedi ciniaw ſyd dra enbyd*, Dormire a prandio eſt valdè periculoſum.

Multa Subſtantiva ſingularia unius pluralis locum ſupplent: ut *Bellin a Brên oudunt ryfelgar*: Bellinus & Brennus erant belli coſi.

Subſtantivum Plurale ad diminuendam denominationis ſignificationem nonnunquam gaudet adjectivo ſingulari: *Cwppane budur*, pocula ſordidum, pro *Gofudron*, ſubſordida. Sic Hæbrei, Iſa. 19. יד אדנים קשה *y Iâw arglwyd cáled*, in manum Dominorum, duri pro *caledion* durorum.

Adjectiva numeri pluralia cum Subſtantivis ſingularibus coincidunt; necnon ſi Subſtantivum ſit monoſyllabum, ſuum per ſub unionis notam accentum in ultimam præcedentis dictionis rejicit: ut *Déu-'wr* duo viri, *vgein-mlwyd* עשרים שנה viginti annus. In quibus etiam ſervatur analogia: ut *Cán-'wr* & *Cán-'wyr*, centum viri. *dwy-glust*, duæ

aures: *deu ly gad*, duo oculi : *Pum torθ*, quinque panes.

Ellipsis. Nomina cum ex aliquo expresso intelligi possint, lepidè admodum in orationis contextu reticentur : ut *Cusan* in hoc versu.

Mous gusan byçan,
dibeçod,
digri, mal deigryn
Ar 'ωirod.

Pleonasmus passim occurrit. Est etiam ubi pleonasmum cum Ellipsi invenias; quorum paradigmata hîc recensere brevitatis gratiâ lubens supersedeo.

CAPVT IIII.

De convenientia Verbi cum Nomine.

VErbum cum suo nomine in numero & persona convenit. Verbum autem hîc dicitur Appositum; Nomen verò Suppositum : ut *Mî a neidais* ego salui, *Ti a neidaist* tu saluisti, *Bellin a neides* Belinus saluit. Pl. *Ni a neidasom* nos saluimvs, *çωi a neïdasoç* vos saluistis, &c.

Enallage. Quando Appositum (ωys sum) inter duo supposita diversorum numerorum collocatur, scitè admodum cum posteriore ut subjecto convenit, cum debeat priori: ut *Maunan ydynt yr hôl ßeusyd hynny:*

Mainan

Mainan villa ſunt omnes iſti agri.

2 Quando Suppoſiti aggregati prima perſona cum ſecundâ vel tertiâ concurrit, gaudet Appoſito primæ: item ſecunda cum tertia convenit appoſito ſecundæ: ut *Myȣi ag Arθur a dorraſom*, Ego & Arthurus fregimus: *Tydi a Bellin a rannaſoç*, tu & Bellinus fregiſtis.

Ellipſis. Suppoſita primæ & ſecundæ perſonæ plærunque in orationis contextu omittuntur, ni perſonarum diſcretio ſeu ſignificationis eminentia refragetur. ut

Medruſaiδ
medri'oſod;
Er mωyn ɗuω
ar ȣy mîn dôd.

Mî a erδais: tiθe a Lyȣnaiſt. Ego aravi; tu autem occaſti.

Appoſitum ωyȣ ex aliquo expreſſo intelligendum, magno cum lepore reticetur: ut his ſcitis adagiis intelligitur *yduω* eſt. *Hωyra dial, dial* dûω, Seriſſima vindicta, vindicta Dei. *Ƶωyra dial, dial* dûω, Severiſſima ſeu curioſiſſima vindicta vindicta Dei.

Pleonaſmus. Pronomina Suppoſita frequentiſſimè emphaſeos gratiâ tum ſeparatim, tum conjunctim geminantur: ut illud Pœtæ.

Tydi'r gωan
taω di a'r gωîr;

Arian dâ
a'wrandewir.

CAPVT IIII.

De collocatione vocum Numeri.

COnvenientiâ congruentiæ vocum Numeri ſic breviter eventilatâ; opportunum eſſe cenſeo & huic loco maximè conſentaneum, ut ad appoſitam collocationis cóvenientiam exponendam ſedulò acceleremus. Sic igitur.

1 Dum Subſtantivo, in orationis contextu, ſuum Adjectivum conjungimus; hoc ſubſequi, illud præcedere debet: ni Adjectivum ſit nomen numerale: ut *Bara gωyn*, panis albus: *déu-'wr* duo viri.

2 Articulus *Y* nomen a conſonante inceptum antecedit, *yr* maxime a vocali: *A* Verba Activa præcedit; *Bo* paſſiva: ut *Bo dorrωyd y bara*, frangitur panis: *daccω yr aθro*; Ηνίδε ὁ διδάσκαλος, ecce præceptor: nempe is de quo facta eſt mentio. Articulus enim in demonſtrando quid certi finiti, inſignis & præfati tantùm uſurpatur.

3 Pronomina poſſeſſiva ſuis Subſtantivis præponuntur; Cætera ſequuntur: ut *By mám* mea mater; *Yr onnen honno*, Fraxinus illa.

Porrò. Demonſtrativa *hwn, hwnnw, eBê*.

Item

Item *hon, honno, hi*, hanc inter se discrepantiam sortiuntur:

Hων mihi proximum;

Hωννω tibi proximum;

Εϐε ab utróque remotum demonstrat.

Hων & Hωννω cum ad duo antecedentia referuntur; *Hων* ad propius & præsens, *Hωννω* ad remotius & absens referri debet. Sic apud Latinos Hic & Ille: Item ὅτος & ἐκεῖνος apud Græcos.

CAPVT X.

De convenientia vocum sine Numero: ac primúm Adverbii cum alia voce.

CONvenientia vocum sine numero est, quando vox quæ nullum significat numerum, alii voci structurâ & sensu associatur. Ea est Adverbii & Conjunctionis.

1 Adverbii convenientia est, cum Adverbium Adverbio, vel alii voci ad congruam orationis cohærentiam respondet.

Adverbiorum autem convenientia inter se potissimùm in correlatis conspicitur: ut

Cynt } *na*, & *nag* { Prius } quam
Mωy } { Magis }

Cyn } *a* & *ag* { Tam } quam.
Mor } { Adeò } ut.

A & *Na* præcedunt dictionem a vocali inceptam: *Ag* & *Nag* a consonante incohatam: ut *Cynt medwl na gweiθred*; meditatio prior opere.

Plê ubi? *dyma*, *dyna*, *daccω*, hic illic, istic: *allan*, foris; *ymmewn*, intus: *vçod*, supra: *isod*, infra.

Oblê, unde? respons. *Odyma*, *odyna*, *odaccω*; hinc, illinc, istinc: *obobtu* utrinque: *odiθewn*, ab interiori loco: *odallan* ab exteriori: *odiθynu*, supernè: *odiwared*, infernè.

Vblê, quo? *yma*, *yna*, *accω*, huc, illuc, istuc; *yθynu*, sursum: *ywared*, deorsum; *ydre*, domum; *ymâus*, ad agrum; *ymaiθ*, foras; *yθêωn* intro; *allan*, perinde ac Græcum ἔξω pro foris & foras usurpatur.

2 Convenientia Adverbii cum alia voce cernitur associando gradibus auctionis, & Verborum modis.

1 *Mòr* Adjectivis positivi gradus necnon adverbiis inde enatis in *aid*, convenit: ut *Mòr θωyn* & *mòr θωynaid*: tam comis & comiter.

Cyn θwyned, tam comiter: *Cyn 'láned*, tam mundè.

Na & *Nag*, secundo comparativo cõveniunt: *Mwy* & *Ẓawer* priori; ut *Ẓáwer cryθaç ωyt*, *na'θ hynaç*: multò robustior es tuo seniore.

Huc adjicias *Ni* & *Nid*, hoc discrimen inter

inter ſe habentia; Quòd *Nid* nominibus a vocali inceptis præfigitur; *Nî* verò neutri: *Nid* præcedit verba a vocalibus incohata; *Ni* verò verba a conſonante incepta: ut *Nid cydûn hûn a hâint. Ni çela grud, gyſtud callon.*

Poſtremò hæ Præpoſitiones (*Arn, tán, ortitan*) Affixis primi ordinis pronominibus conveniunt. Hæ Præp. *arth, odarth*, Affixis ſecundi ordinis. Hæque *yn, on, ohon*, tertii ordinis cõpetunt quod in cæteris obſervandum eſt. ut *yn-oſ*, in me: *tán-aſ*, ſubter me.

2 Adverbia quædam quibuſdam modis aſſociantur: ut *Tra* dum, gaudet Subjunctivo. *Pan* quum, Subjunctivo in re futura. *Cin* priuſquam, Optativo in re præterita.

Cin perinde ac Græcum πρὶν in eodem ſenſu convenit Infinitivo: ut *Cin caſhelu célliog* πρὶν ἀλέκτωρα φωνῆσαι. quaſi diceres: Ante gallum vociferari. Pro *Cin y caſhelaſai celliog* πρὶν ἢ φωνῆσαι ἀλέκτωρ. antequam gallus cecimiſſet.

CAPVT VI.

De convenientia Conjunctionis.

COnjunctionis cõvenientia in collocationis ordine & aſſociatione potiſſimùm cõſpicitur. Quòd ad ordinem attinet; conjunctionum aliæ ſunt Primanæ, Medianæ aliæ, aliæ Ancipites.

Primanæ ſunt, quæ primum, in circumſcrip-

ſcriptionis membro, locum occupant : ut *Hérwyd* quoniam; *Plygid* quia; *Mai* quòd; *os* ſi: *anid* ſed: *ond* at: ut

Os gwr maœr, Cawr;
Os gwr byçan, Cór.

Medianæ ſunt, quæ medium in circumſcriptionis membro locum obtinet : ut *θe, te ne* vero, &c. ut *Mî a guriais : tíθe a nyçaiſt.* Ego marcui : tu verò contabuiſti.

Ancipites ſunt, quę in orationis contextu ex ſcribentis libito collocantur : ut *Etto* tamen: *Amhun* quare: *Zynny* ideò.

Quod verò ad aſſociationem attinet; ſcitò quod, cõjunctiones cauſales ferè omnes Infinitivo conveniunt, Præpoſitione *o* vel *óhon* ſuppoſito adjecta: ut *èr cyſcu ohón-ot* quamvis dormiiſti: *y dalgrwn laϐaru,* ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ut ſummatim dicam.

Cætera convenientiæ acroamata modo conſimili perquirere quis poſſit; quando perdius & pernox uſus, multijugas Muſarum crateras ebibendo, necnon viros terſâ ac nitida facundiâ ſpectabiles auſcultando, talia (ſicuti anteà dictum eſt) ſuppeditare ſoleat.

CAPVT VII.

De Rectione & quidem Subſtantivi.

HActenus de vocum convenientia : rectio eſt, quando vox vocem certo initialis flexionis caſu quaſi domina regit.

regit. Ea cernitur in vocibus numeri, & ſine numero. Rectio vocis numeri primò eſt nominis, deinde Verbi. Rectio nominis eſt Primarii, aut Secundarii. Rectio Primarii eſt Subſtantivi, aut Adjectivi.

Subſtantivum appellativum maſculinum regit quodvis nomen Primarium in recto caſu: ut *Cyſlaſan Leolin*, ſtratagema Leolini: *Meuni Gwyned*, lapides venedotiæ: *Gwr glân*, vir formoſus: *Gwyr glân*, viri formoſi.

Subſtantivum appellativum fœm. necnon proprium cujuſcunque generis ſingularia regunt primarium in molli caſu: ut *Meirçion Iouw*, Merchion limpidus, amnis: *Fynnón-ſair*, fons Mariæ: *Onnen gâim*, fraximus curva.

Aſt Subſtantivum Plurale tum proprium tum appellativum nomina in Recto caſu regit: ut *Fynnone Màir*, fontes Mariæ: *Penne coçion*, capita rufa.

CAPVT VIII.

De Rectione Adjectivi.

ADjectivum Poſitivi gradus mollem caſum regit: ut *Glán-dyn*, formoſus homo, ſeu urbanus. Pl. *Glân dynion*: *Holalluog Duw*, omnipotens Deus: *Cóç-wyn* flammeus color: *Gláſ-wyn*, pallidus: *Gláſ-du*, luridus:

luridus: *Bréu-bwyθ*, fragilis futura: *Crîn-breu* arida arbor.

Adjectivum autem aucti gradus Rectum in nominibus casum regit: ut *Glewaç* & *Glewa gwr*, strenuior & strenuissimus vir: *Glanaç* & *Glana dyn*, formosior & formosissimus homo: *Godidoccaç cornor, na gwenynen*, dux apum præstantior ape: *Hwyra dial, dial duw*, seriissima vindicta, vindicta divina.

CAPVT IX.

De rectione Nominis secundarii.

PRimarii nominis rectio exposita est: rectio Secundarii sequitur; quæ est Articuli & Pronominis.

Articuli nominales in nominibus masculini generis Rectum casum regunt: ut *Y gwrgwîr-ddoeθ*, ὁ ἀνὴρ ἀληθὴς σοφὸς, vir verè sapiens; *Y Goruça*, ὁ πρύτανις, Gubernator supremus.

Articuli nominales in nominibus singularibus fœminei generis Mollem regunt; In pluralibus, verò Rectum: ut *Y glommen*, columba; *Y grâmmen*, scabies; *Y genninen*, porrum; *Y clommennod*, columbæ; *Y cennin*, porra.

Articulus Verbalis Mollem casum regit: ut *So dorrwyd bara*, frangitur panis: & apud Ebanun in quadam elegia.

Y

Y gauhaδ-wynt, a geδais,
A drôd δy mwynt drwy δy mâis.

CAPVT X.

De Rectione Pronominis.

PRonominum quędam ſe regunt; quædam alias voces. Quæ ſe regunt, ſunt ſingularia Primæ aut Secundæ perſonæ. Siquidem illud urbanitatis, hoc contemptus ergô, in molli caſu uſurpatur. Britanni enim, neminem ullius dignitatis aut ſaltem honeſtatis (non adhibitâ, in plurali, aliquâ obſervantiæ notula) alloquuntur. ut *di a dorraiſt*, tu ſerve fregiſti; *δi a dorra*, Ego (volenter) frangam; *δy enaid, çwî a dorraſoç*, animule mi, vos fregiſtis; pro tu (mellitiſſimè) fregiſti.

Quæ pronomina voces alias regunt, illorum aliud, Rectum; aliud, obliquum gubernat.

Pronomina *ym, yθ, eun, euç, eu*, rectum regunt: ut *Ni a dorraſom a'n bryſceu eu penne*: Nos ſceptro noſtro fregimus eorũ capita.

Ni colla, (Euç çwi allan)
Na'm ty, na'm Gwely, na'm tân.

Cætera obliquum regunt; nempe, *Eí, Eî, Eu*, &c. Ex quibus

1 *Eí* & *Ty* voces in Molli caſu regunt: ut *Eí delyn*, ejus (viri) Lyra: *Eí belen*, ejus (viri) pilula: d*y ben* tuum caput.

2 *Eî* Denſum in vocibus caſum regit: ut

Eî Fen ejus (fœm.) caput: *Eî fenne* ejus (fœm.)capita. Porrò notandum eſt, quòd *Eî*, necnon Pronomina, quę rectum regunt, vocibus a vocali inceptis aſpirationem indant: ut *Ei haȣal* ejus (fœm.) malum: *eun h-enaid* anima noſtra: *eî h-aden* ejus pluma: *eûn h-aſen*, noſtra coſta.

3 *Eù* & *My* obtuſum caſum regunt; & dictionibus ſecundæ Declinationis, a literis Rad. *B* & d inceptis præpoſita, ſibi aſſumunt literam obtuſam; ut a dictionibus Primæ dignoſcantur: ut *ȣym mys*, meus digitus: *ȣy mèn*, meum caput: *ȣy lygaid*, oculi mei: *ȣyn nolen*, meum folium: *eum mara*, meus panis.

Poſtremò, *Mî* & *Ti*, nonnunquam apud probatos autores Radicalibus non mutatis leguntur: *My* verò & *Ty* nullibi invenias niſi cum *Mi* & *Ti*, compoſita: ut *Myȣi* egomet: *Tydi*, tu ipſe.

CAPVT XI.

De Rectione Verbi.

HUcuſque dictum eſt de rectione nominis: ſequitur rectio Verbi; quæ eſt Verbi finiti aut infiniti.

Verbum finitum tam in verbis infinitis, quàm in nominibus Mollem caſum regit: ut *Telais dâl bodu tippin*, penſionem reddidi uſque ad aſſem; *Torred Bellin ȣara*, frangat Bellinus panem; *Pettȣn ȣarçog*, ſi eques fiam;

fiam; *dymunwn ȣeȣusa*, optem colligere fraga.

Verbum infinitum post se rectum casum regit: ut, *dylum garu duw*, debemus amare Deum: *Nî a 'welwn guro dryse*, videmus quòd pulsent fores.

Porrò Infinitivus pro Supinis & Gerundiis more Græcorum usurpari solet: ut *Cyȣamser cym morθwyo* εὐκαιρος βοηθεῖν. Opportunitas auxiliandi. Nam Infinitivus, præposito Substantivo aut Adjectivo, pro Gerundio in Di effertur: ut supra.

Si Infinitivus præpositionem motum in loco designantem (interveniente vel absente Articulo nominali) sequitur; Gerundium in Do formatur: ut *yn ȣaȣaru* ἐν λέγειν dicendo, *yn y ȣaȣaru*, ἐν τῷ λέγειν in dicendo.

Si Præpositionem, motum ad locum significantem, Infinitivo præponas: Gerundium in Dum, vel Supinum prius in Um exprimitur: ut *doeθ y yscriȣennu*, ἦλθε πρὸς γράφειν venit ad scribendũ, scriptum, scripturus.

Prætereà observandum est, quòd Infinitivus (ope verbi *wyȣ* & cujusdam præpositionis) quodlibet cujusque Verbi tempus per Modos paraphrasticè exprimat: ut *wyȣ yn caru*, amo, &c. *Ouȣwn yn caru*, amabam, &c. *Bûm yn caru*, amaveram, &c. per omnes Modos & tempora & personas.

Postremò Participialia cum nominibus conve-

conveniunt. Quare præter rem eſſet, ſingulas illorum leges iterùm retractare.

CAPVT XII.
De Rectione Adverbii.

ATque hæc de rectione vocis numeri; ſequitur rectio vocis ſine numero; quæ primò eſt Adverbii, deinde Conjunctionis.

Adverbiorum quædam ſimplicem caſum regunt; quædam varium; illorum quædam Rectum regunt; quædam Mollem.

Rectum regunt Adverbia ſimilitudinis, cauſæ & vocandi expreſſa ſeu intellecta: ut *Mál myn magod*, inſtar hædi lactentis: *Megis gur ſinwedol*, more viri ſtudioſi; *Er clommen 'wen* propter columbam albam.

Mollem verò poſt ſe regunt Adverbia Demonſtrandi, ſeparandi, indignationis, loci, Admirandi & cætera ferè omnia: ut *Oç 'ur, heu* vir: *Hà 'wraîg*, ah mulier: *urθ Ruθyn*, prope Ruthenium urbem: *Lyna dyn*, ecce hominẽ. Huc refer Adverbium Qualitatis, quod ad ſignificationis emphaſim in oratione geminatum, molli caſu ponitur: ut *Lanaç-lánaç*, pulchriùs ac pulchriùs; *ßyßyθ*, continuò: *ßwyßwy* יותריותר magis ac magis: *Lowlaw*, cominùs.

Quædam Adverbia, tanquam ſui juris, varium caſum regunt: nempe *Yn* in, & *Na*, *ni*,

ni,non.

Yn Infinitivis præpoſitum,rectum regit; nominibus præfixum obtuſum aſciſcit; Ubi notandum eſt, quòd ante obtuſum caſum mutat ſuam *n* in literam obtuſo caſui conſimilem:ut *Yn meƀuſa*, in colligendo fraga: ut *Ym meƀuſen*, in frago; *Yƶ ƀallon dyn*, in corde hominis; *Ym môb ƒîθ y dâw Aƶau*, Omni ſpecie accedit mors.

Na & *Ni* in verbis primæ & ſecundæ declinationis mollem caſum regunt; denſum verò in verbis tertiæ: ut in his tritis adagiis:*Ni ƀû rygu*, *na ƀai rygas*. *Ni çela grud gyſtud callon*. *Na θorred*, ne frangat:*Ni θalaſoç*, non ſolviſtis.

CAPVT XIII.

De Rectione Conjunctionis.

COnjunctionum autem aliæ obliquum caſum regunt, aliæ rectum. Quæ obliquum exigunt,eæ vel Mollem vel Denſum regunt.

Mollem regit Diſjunctiva *Ne*: ut *Mêd ne gwrw*,*ne ƀragod*,hydromeli vel cerviſia vel promulſis.

Denſum verò regunt congregativæ *A*, *Na*,*Ni*,*oni*:ut apud Poëtam.

Ni çolla(ewç çwi allan)
Na by, *na gwely*,*na θân*.

Ceteræ Conjunctiones, quæcunque ſequantur

quantur voces, eas in recto regunt: ut *aùr gur, aùr gvraig*, an vir, an fœmina.

Denique & ſummatim (quò nihil intactum, ad certam vocum rectionem faciens, relinquamus) quælibet vox numeri aut ſine numero (quod potiſſimùm in temporis & menſuræ nominibus ſpectatur) quæ ab alia non regitur, locum reſpicit: unde in ſententiæ initio collocata, Recto; in medio auſem inſerta, Molli uſitatiùs gaudet: ut Gr. Eb. Leolinus in quadam Elegia.

dyd a nôs, nid oudvn i
drâw ún-awr, heb drueni. aliàs ſic.
Traw ún-awr heb drueni
Dyd a nôs nid oudvn i.

De Metaplaſmo.

HActenus Primariam Syntaxeos partem ſuis numeris in Convenientia & Rectione vocum undique abſolutam habes: reſtat, ut Secundariam, annuente Deo, modo conſimili tractatam accipias.

Secundaria autem Syntaxeos pars eſt, quæ quaſi adventitiam vocum ſtructuram diſtinctè docet. Conſtatque vocum Metaplaſmis & Sententiarum diſtinctionibus.

Metaplaſmus eſt, quando recta ſolitáque vox, ob Metri commoditatem ſeu loquendi

di conſuetudinem in ſententiâ cogentem tranſmutatur, verſatúrque circa literam aut ſyllabam.

Metaplaſmus literæ eſt, quando vox ratione literæ mutationem patitur. Eſtque Certus vel Auceps.

Certus, eſt, qui in certa & finita vocis parte tantùm cernitur. Iſque contingit in extremis vel media voce.

Qui in extremis contingunt, ſunt Initiales aut Finales. Initialium alius dicitur Incrementum, alius Decrementum.

Incrementum, eſt, quando literam in principio vocis apponimus: ut d*anƀon* pro *Anƀon* mitto.

Decrementũ, eſt, quando literam a principio vocis auferrimus: ut *ẅlys* pro *Gẅlys* voluntas; S*byſrwyd* pro *Yſbyſrwyd* evidentia.

Finales ſunt, qui vocis fini mutationem ingerunt. Eorum alius dicitur Additio, alius Detractio.

Additio eſt, quando fini vocis literam affigimus: ut *Bola* pro *Bòl* alvus.

Detractio, eſt, quando fini vocis literam ſubtrahimus: ut d*igri* pro d*igriƀ*, jucundus.

Metaplaſmi verò, qui in media voce certò contingunt, verſantur circa vocales & conſonantes. Qui circa vocales verſantur,

eorum alii vocalem inſerunt, alii detrahunt. Inſerunt vocalem Porrectio & Intercluſio.

Porrectio, eſt, quando vocalis, ſyllabam efficiens, mediæ dictioni inſeritur: ut *Neidio* pro *Neido* ſalio. *Cillio* decedere pro *Cillo.*

Intercluſio eſt, quando vocalis ſyllabam non efficiens mediæ voci inſeritur: ut *Peilin* pto *Pilin.*

Detrahunt vocalem e medio vocis Conciſio & Defectio.

Conciſio, eſt, quando vocalem, quæ ſyllabam non faciat, mediæ voci ſubtrahimus: ut *Cymrud* pro *Cymerud* capere.

Defectio, eſt, quando vocalis, quæ ſyllabam non faciat, e media voce dejicitur: ut *Brean* pro *Breuan* mola truſatilis:

Qui autem Metaplaſmi circa conſonantem in media voce verſantur; illorum alii etiam inſerunt conſonantē, alii detrahunt. Inſerunt Duplicatio & Intercidentia.

Duplicatio, eſt, quando eandem conſonantem, quæ ſyllabam non faciat, geminamus: ut *Emmadroð* pro *Emadroð*, eloquium.

Intercidentia eſt, quando conſonantem, quę ſyllabam non faciat, alii conjungimus: ut *Hobtran* pro *Hobran:* infundibulū.

Detrahunt verò Conſonantem e media voce Omiſſio & Eliſio.

Omiſſio, eſt, quando geminatam conſonantem

nantem e media voce removemus : ut *Calon* pro *Callon* cor; *Careg* pro *Carreg* lapis.

Elisio est, quando consonantem, quæ syllabam non faciat, e media voce evellimus: ut *Yscinek* pro *yscrinek*.

Hactenus de Metaplasmis certis circa literam. Incertus autem seu anceps est, qui modò initio, modò fine, modò medio vocis literam contingit. Estque duplex Translatio & Transpositio.

Translatio est, quando literam in voce pro litera ponimus : ut *Enad* pro *Ynad* judex: *Towek* pro *Towyk* tenebrosus : ut apud Gr. Ebanum Leolinum in quadam Elegia.

Bu dig y'm, heb adaw gwek,
Byw arth dy o berth dowel.

Transpositio est, quando literam ex propria sede in alienam transferimus ; & *diythraid* pro *diythaid* extranei ; a *diyrth* extraneus, ex *di* & *arth* compositum.

Anteà de Metaplasmo circa literam. Metaplasmus autem syllabicus est, qui syllabę mutationis notam inurit; estque duplex Dissolutio & Commixtio.

Dissolutio est, quando una syllaba in duas resolvitur, posteriore duobus punctis supra notatâ : ut *Mäün* Saxum pro *Maun*: *Höül* pro *Hôul* clavus. Frequens est apud Poëtas.

Commixtio est, quando duas syllabas in

unam contrahimus. Ejus duæ ſunt ſpecies; Contractio & Averſio.

Cõtractio eſt, quando vocis duas ſyllabas in unam contrahimus: ut *Anjan* pro *Aniän* natura: *Jôr* pro *jör* Jehova.

Averſio eſt, quando unam duarũ vocaliũ in diverſis vocibus cõflantiũ expungimus. Ea duplex Præpoſitiva & Poſtpoſitiva.

Averſio Præpoſitiva eſt, quando ultimam vocalem prioris vocis, poſteriore a vocali inceptâ, ad vitandam cacophoniam elidimus: ut *ȣ'enaid* pro *ȣy enaid* animule mi. Supra cujus locum ſtigma ad inſtar Lenis Gr. Spiritus (ut vides) inſcribitur.

Poſtpoſitiva eſt, quando initialem poſterioris vocis vocalem, priore in vocalem deſinente, abſcindimus; in cujus locum ſubit ſtigma ad inſtar Aſperi Græcorum ſpiritus: ut *Bû 'n* pro *bû yn* apud Ebanum in vita Chriſti.

Bû 'n torri cleȣyd,
Bû 'n trôi cleiȣion.

Metaplaſmi omne genus Poetis ſunt apprimè familiares; Oratoribus non item: Tu igitur receptis & uſitatis utere.

De ſententiarum diſtinctionibus.

TAntum de vocum Metaplaſmis: ſequitur ſententiarũ diſtinctio. Quod enim voci Accentus, idem ſententiæ ſuæ

ſuæ ipſius diſtinctio. Sententiæ ſiquidem inconditè & incompoſitè prolatæ, non minus quàm voces, habitâ nullius Accentus ratione, aures offendunt, quæ quicquid inſuave & indecorum penitùs faſtidiuntur & abhorrent.

Diſtinctio autem eſt, quæ ſententias bene pronunciare, ſeu ubi interſpirandum eſt, commodè conquieſcere docet. Eſtque duplex, alia Imperfectę ſententiæ, alia Perfectæ.

Imperfecta diſtinctio eſt, quæ ſpiritum ſine reſpiratione ſuſpendendum denotat. Eſtque duplex Servilis & L bera.

Servilis diſtinctio, a frequenti uſu dicta, eſt, qua vox intermedia, quæ antecedenti & conſequenti ambiguè conjungi poſſit, modicâ ſpititus mora diſcernitur; & communi nomine *Gohaniadan* ſubdiſtinctio dicitur: ut *a*,

dyn gwridog, yn dwyn gwradwyd,
difaiθ, melyn,
diθlas gougyn,
daθyd Emlyn,
Gelyn
Gwyd.

Libera autem diſtinctio eſt, quæ rarò occurrens & non niſi magno cum negotio, ſententiam majore ſpiritus morâ diſcernit. Eſtque duplex, Interpoſitio & Inciſio.

Inter-

Interpoſitio eſt, quâ intercluſa ſententia alieno quodam ſpiritu proferenda oſtenditur; hac nota (*a*)

Mynwnn ȣôd (mau árn-yn ȣâr)
Y ȣròn ennyd yn ȣranar.

Æneas (neque enim patriam conſiſtere mentem Paſſus amor) rapidum ad naves præmittit Achatem. Virg.

Inciſio eſt, quâ diſcretivæ Cauſaleſque enunciationes, necnon ἀναφοραι ſive repetitiones oratoriæ diſcernuntur: ut *Ioan Tydur* de contemptu Mundi.

Na ȣyd gybyd Celȣyd, cal,
y dwyn aur y dyn aral;
Cymer drwy ȣwynder, dra ȣyç,
Adôd rán o'r da, a drinyç.

Sic apud Virg.

Hic gelidi fontes; hic mollia prata Licori;
Hic nemus; hic ipſo tecũ conſumere ęvo.

Diſtinctio perfectæ ſententiæ eſt, quæ ſpiritum cum reſpiratione deponendum deſignat. Eſtque duplex Implicita & Explicita.

Implicita diſtinctio eſt, quâ ſententia perfecta, ſed alteri expreſſæ aut intellectæ conjuncta, dignoſcitur. Eſtque duplex Perturbata & Sedata.

Perturbata diſtinctio eſt, quâ perrumpens animi affectio oſtenditur. Eaque eſt vel Interrogatio vel Admiratio.

Inter-

Interrogatio eſt nota, quâ ſententia, diſcendi gratia cum ſpiritu quodam efferenda, dijudicatur: ut *a?*

Bêθ a'm peir yn dixeiraç,
No nêb, a minne yn jaç?
Ymdaro y geiſio Gωén,
Heb ymgais a nêb amgen.

Admiratio eſt nota, quâ ſententia, ſtuporem ac ſuſpicionem præ ſe ferens, demonſtratur: ut *a!* Huc refer ſententias per Adverbia exclamandi expreſſas vel intellectas: ut Optationis, Deſperationis, obteſtationis, Indignationis, Irriſionis, imprecationis, & commiſerationis: ut *O enßil anſynωyrol!* O animal inſenſatum!

Sedata diſtinctio (Britannis idem, quod Collatio) eſt nota duobus punctis depicta, quæ tanto remanente de ſententia (quod ad ſenſum attinet) quantum jam dictum eſt, mediocriter quieſcendum declarat: ut *a: Megis y ceſclif gωenynen ßêl blaſus od-ár y blodau çωerωa à'r drain pigocca: ßellu y cynnillif darlennyd ruw lês canmoladωy, odurθ gougion a bryntion çωedlau.* Quemadmodum apes mel ſuave ex amariſſimis floribus & aſperrimis ſpinis colligit: ita lector ex turpibus & ſceleratis fabulis aliquid laudandæ utilitatis decerpit.

Explicita diſtinctio (Britannis idem, quod Comprehenſio) eſt nota puncto ad imam

imam literam posito depicta, quâ pleno depositi spiritus tempore sententia dignoscatur: ut a.

Yſbys y dɛzus pôb dyn,
O ba'râd y bo 'i 'gareidyn.

Comprehensio autem e pluribus sententiis consistere potest; sed pharetrata & circumcurrens illa oratio, cursu continuato, spiritum planè omninóque non antè deponat, quàm totius comprehensionis spacium confecerit.

* *
*

FINIS.